

Top

W. M. B. W.

196
2534



IMPERIVM
MARIANVM.

Sept 23

And 7th

Oct 26


IMPERIVM
MARIANVM

TRACTATUS
DE
IMPERIO
MARIANO.

CONCINNATUS
A

P. F. IOSEPHO PINTRE BVRGENSI
Sacri, & Regalis Ordinis Redemptorum
Beatae Mariae de Mercede

IN
SACRA THEOLOGIA
PRAESENTATO.



CON LICENCIA.
En Madrid. Por Andres Garcia de la Iglesia,
Año de 1665.

del Coll^o de la Comp^a de N^{ra} S^{ra} de Soria y su libreria

TRACTATUS

DE

IMPERIO

MARIANO

CONCINIATVS

P. E. IOSEPHO PRINCEPS BVRCENSIS

Sacrae Regiae Aulicae et Imperialis

Bohemicae de Mercede

IN

SACRA THEOLOGIA

PRESBITERATO

AVCTO

CON LICENTIA

In Aulica Regia Aulica et Imperialis

Año de 1667

Handwritten signature or text at the bottom of the page.

APPROBATIO R. A. P. M. Fr.
Francisci Antonij de Iffasi & Guzman, Con-
cionatoris Regij & dignissimi; Electoris Ge-
neralis, Sacri & Regalis Ordinis
Redemptorum B. Mariae
de Mercede.

OPVS mihi commissum, iussu R. A. P.
N. M. Fr. Didaci Henriquez in Pincia-
na Academia Primarij Professoris, Regalis
Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptio-
nis Captiuorum, in vtraque Castella, Prouin-
cialis meritissimi; cui titulus, *Traçtatus de*
IMPERIO MARIANO, concinnatus à
R. P. Fr. Iosepho Pintre, in *Sacra Theologia*
Præsentato; legi sedulè, perlegi iucundè; &
ita animum tenuit, & attraxit, vt me, ad alia
munera (quibus pro concione Verbi Dei af-
fatim, hoc tempore incumbō) non otiosum
inueniret, sed faceret. In eo siquidem affa-
brè Patrum selectiores flosculi, pro clypean-
do *Mariano, Monarchico Imperio* concin-
nè leguntur, non falce impollita secantur;
& licet in fasciculum absque premente vitta
irre-

irretiti, non furuo penicillo conglo-
bati, si, qui sunt in diuersis volumini-
bus resperfi, hic miro artificio fæde-
rati, & eò neruofius fulti, quò robore
Scholastico enucleati: ita, vt possim
cum Ildephonso (Ingenium Eugenij
secundi, Antistitis Toletani, libellos
Dragontij de creatione mundi ve-
nustantis) conclamatore dicere: *Ita
in pulchritudinis formam coegit, vt
pulchriores de artificio corrigētis* (aie-
bat ille: *Exornantis, ego*) *quam de
manu processisse videantur authoris.*
Et cum Casiodoro: *Licet multa ab
Antiquis trahas, meruisti placere de
proprijs.* Dixissem vberius si panegy-
ristam, vt vellem, agerem, non cen-
sorem; sed quia trutina censoria tra-
hor, seriò reor, non solùm, nihil in
hoc tractatu inueniri contra nostræ
fidei sinceritatem absonum, rectif-
què moribus dissonum: sed cunctis
studiosis cuspide amoris Deiparæ sau-
tiatis, nouam flammam emanatu-
ram,

Casiod.
3. var.
Epi. 5.

ram, audeo polliceri, si hoc opus (vbi felix labor) in lucem prælo, pro luce mandetur. Sic crissim facio. Saluo, &c. In hoc Matritensi Cœnobio 20. Februarij. Anno salutis 1665. Et Descensionis Intemeratæ Puerperæ ad N. Ordinem fundandum 447.

Fr. Franciscus Antonius de Issasi
M. A. R. A. N. O. quem granitum Patrum
huic Ordini Transmissum, quibus cum com-
muni, censuræ probatum esse, constat in quo-
rum fidem præterea licet dant insinuat,
manu propria subscriptas, sigillo nostri Ordi-
nis communis, & a nostro Secretario re-
fectas. In hoc nostro Cœnobio Vallis-olle-
tano, die 27. Mensis Februarij, anno Domini
1665. & a Descensione Sacrae Virginitatis, & no-
stri Ordinis fundatione 447.

Fr. Dilectus Henricus
Provincialis

De mandato R. A. T. N. Provincialis
Fr. Martinus de Arcas, Secretarius.

Licentia Ordinis.

FR. Didacus Henriquez in Sacra Theologia Magister, Prouincialis vtriusque Castellæ, necnon Vniuersitatis Vallis-olletanæ Primariæ Cathedræ Moderator, Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, &c. Tenore præsentium cōcedimus facultatē Patri F. Iosepho Pintre huius nostræ Prouinciæ in Sacra Theologia Præsentato, in lucem emittendi *Tractatū de IMPERIO MARIANO*, quem grauiorum Patrum huius nostræ Prouinciæ, quibus eum cōmissimus, censura, probatum esse, cōstat. In quorum fidem præsentis litteras dari iussimus, manu propria subscriptas, sigillo nostri Ordinis communitas, & à nostro Secretario refrēdatas. In hoc nostro Cœnobio Vallis-olletano, die 25. Mensis Februarij, anno Domini 1665. & à Descensione Sacræ Deiparæ, & nostri Ordinis fundatione 447.

Fr. Didacus Henriquez,
Prouincialis.

De mandato R. A. P. N. Prouincialis.
Fr. Martinus de Arcas, Secretarius.

AP-

APPROBATIO REVERENDISSI-
mi, necnon & Doctissimi P. Gasparis de Ri-
badencira, Societatis Iesu: in Vniuersitate
Complutensi Sacra Theologiae Doctoris, &
Collegio in suo eiusdem faculta-
tis quondam Primarij
Professoris.

DE Imperio Supremi Senatus Castellæ
non minori iucunditate, quam atten-
tione vidi Librum Reuerendissimi Patris
Fr. Iosephi Pintre doctissimi Theologi; Li-
brum, inquam, inscriptum de *IMPERIO*
MARIANO, vbi grauissimis rationum, &
authoritatum momentis expenditur, pro-
batur, firmissimeque stabilitur, Magnā Ma-
trem Beatissimam Virginem *MARIAM* in
primo suæ Conceptionis instanti, absque la-
be originali Conceptam totius Orbis esse
Imperatricem. Opus quidem Augustissimum
est, magnum ingenium, miram eruditionē,
maximamque pietatem præferens, nihilque
continens bonis moribus, sanæque Theolo-
giæ aduersum: quinimò foecundissimum

arbitror pluribus, quæ possint à Theologis
in lucem produci, quibus Magnæ, Beatissi-
mæque Matris præclarissimæ doctores magis,
ac magis eluceſcant. Quapropter mea te-
nuitas in se veluti sentiens Marianum Im-
perium suauissimè cogitur, vt sentiat, sicut
os vt exprimat, & calamus, vt exaret, dignif-
simum profecto esse, quod publicam lacem
videat. Sic arbitror in hoc nostro Collegio
Imperiali Societatis Iesu, die 20. Aprilis, an-
no Domini 1665.

Gaspar de Ribadeneira.

EL Licenciado Don Garcia de Velasco,
Vicario de la Villa de Madrid, y su par-
tido, por el presente remito al Reuerendissi-
mo Padre Agustin de Castro de la Compania
de Iesus, Predicador de su Magestad, vn Li-
bro intitulado, *Tractatus de IMPERIO*
MARIANO, escrito por el Padre Presen-
tado Fray Ioseph Pintre del Orden de nues-
tra Señora de la Merced Redempcion de
Captiuos, para que le vea, y examine, y con
su censura nos lo remita. Dado en Madrid a
nueue de Março de mil y seiscientos y sesen-
ta y cinco años.

Licenc. Velasco.

Por su mandado.

Juan de Ribera Muñoz.

APPROBATIO REVERENDISSI-
mi Patris M. Augustini de Castro,
Concionatoris Regij, & Dig-
nissimi e Societate
Iesu.

EGO infrascriptus iussu, & mandato
nobilissimi iuxta, atque Reuerendi ad-
modum Domini Licentiati Domini Garciae
de Velasco Matritensis Villæ locorumque
ei adiacentium Vicarij, vidi Librum Reue-
rendi admodū P. Fratris Iosephi Pintre in Sa-
cra Theologia Præsentrari, qui Liber inscri-
bitur *Tractatus de IMPERIO MA-*
RIANO; imperiosum fane opus, vtpotè
quid nouo quodam prodigio sic imperat, vt
oblectet, sic oblectat, vt suadeat, sic fauadet,
vt conuincat, & in sententiam suam pertra-
hat, tam spontaneum, quam inuitum, nec
mirum, nam Maria rursus imperante, vel no-
ua nascantur prodigia nescesse est, vel re-
nascantur vetera, non mediocri siquidem
dominio assuescit, quæ paruula cum esset,

ma-

maximorum dæmonum dominium fregit;
Imperium hoc Marianum admittet, quis-
quis diuinum, & cœleste non spernit. Et
Mariæ præceptis obtemperabit, quisquis Io-
sepho Pintre de MARIANO IMPERIO
dictis obtemperans fuerit, nam quid & quã-
tum sit Deiparæ Imperium roganti, Iose-
phum ostende; hoc vbi feceris, Marianæ Mo-
narchiæ magnitudinem demonstrabis; at ne
magnitudinis nomine terreare, maximum
Imperium minimis ille limitibus conclusit:
hoc vnum paruo volumine deest ad mag-
nitudinem, vt in magnorum semper mani-
bus versetur doctorum; nemo maiora vn-
quam aut audiuit, aut vidit, & qui nimirum
hoc volumen audiuit, & vidit, de cuius om-
nifaria eruditione, argumenti subtilitate, &
qua potissimum pollet pietate eximia, ni-
hil dicam, cum præcipuum huius authoris
fit elogium, vt nunquam de illo tot dici pos-
sunt, quin plura maneant, quæ dicantur.
Dignissimum igitur censeo hunc Tractatũ,
qui lucem accipiat, vt ingenijs quamuis lu-
ci;

cidissimis lucem impertiat, dum hominum
animos, vtcunque obstinatos, imperiosis suis
rationibus Mariano Imperio affectuosè sub-
ijcit, sic iudico. In hoc Matritensi Imperiali
Collegio Societatis Iesu, Martij 15, anni Do-
mini 1665.

Agustin de Castro.

Licencia del Ordinario.

NOS el Licenciado don Garcia de Velasco, Vicario desta Villa de Madrid, y su partido, &c. por la presente por lo que a Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima vn Libro intitulado, *Tractatus de IMPERIO MARIANO*, compuesto por el Padre Presentado Fray Ioseph Pintre del Orden de nuestra Señora de la Merced Calçada desta Villa, atento, que en èl no hemos hallado cosa cõtra nuestra santa Fè Catolica, y buenas costumbres. En Madrid a veinte y tres de Março de mil y seiscientos y sesenta y cinco años.

Licenc. Velasco.

Por su mandado.

Juan de Ribera Muñoz.

Licencia de los señores del Consejo Real.

YO Luis Vazquez de Bargas, Escriuano de Camara del Rey nuestro señor, vno de los que en su Consejo residē, certifico, que por los señores dēl se diò licencia al Padre Fray Ioseph Pintre Presentado del Orden de nuestra Señora de la Merced Calçada, para que por vna vez pueda imprimir vn Libro por èl compuesto, intitulado *IMPERIO de MARIA Santissima*, de que se hizo presentacion ante los dichos señores, con tãto, que la dicha impresion se haga conforme al original, que v̄ rubricada cada plana dēl de mi rubrica, y firmado al fin de mi nombre: y con que despues de impresso no se pueda vender, ni venda, sin que primero se traiga ante los dichos señores del Consejo, juntamente con el dicho original, para que se vea si la dicha impresion està conforme a èl, ò que se traiga fee, en como por Corrector para ello nõbrado por los dichos señores del Consejo se viò, y corrigiò la dicha impresion por el dicho original, y se imprimiò conforme a èl, y
que

que quedē impressas las erratas por ellos apū-
tadas por cada libro que assi fuere impresso,
para que se tasse el precio que cada vno hu-
uiere de auer. Y con que el Impresor que assi
imprimiere el dicho libro, y primer pliego, no
imprima el principio, ni dicho primer pliego,
ni entregue mas de vn solo libro con el origi-
nal al Autor, ò persona a cuya costa se impri-
miere, hasta que antes y primero el dicho li-
bro estè corregido, y tassado por los dichos se-
ñores del Consejo: y estando hecho, y no de
otra manera se pueda imprimir el dicho li-
bro, principio, y primer pliego del; y sucefsi-
uamente se ponga esta licencia, y la aproba-
cion, tassa, y erratas, pena de caer, è incurrir
en las cōtenidas en las leyes, y prematicas de
estos nuestros Reynos, que cerca de lo suso-
dicho tratan, como cōsta y parece del decre-
to de dicha licencia, que original queda en ef-
te officio, a que me refiero: y para que conste,
doy la presente en Madrid a veinte y nueue
de Abril de mil y seiscientos y sesenta y cin-
co años.

Luis Vazquez de Vargas.

c

Fce

Fee del Correñor.

J He visto este Libro, cuyo titulo es, *del IMPERIO MARIANO*, compuesto por el Padre Fray Ioseph Pintre Presentado de la sagrada Religion de nuestra Señora de la Merced Redempcion de Captiuos, el qual està fiel, y verdaderamente impresso conforme a su original. Dada en Madrid a tres de Junio de 1665. años.

*Lic. D. Carlos Murcia
de la Llana.*



Suma de la Tassa.

L Os señores del Consejo tassaron este Libro *del IMPERIO MARIANO*, a quatro maravedis cada pliego, como mas largamente consta de su original.

Testa-



Testamenti Signaculo. Diu-
 norum Consiliorum Termi-
 no. Omnium Prophetarum Speculo.
 Inueteratorum Renouationi. In tene-
 bris Fulgori iacentibus. Muneri om-
 ninò insueto, atquè diuino. Diuina
 Superadultæ gratia. Perfugio. Vitæ.
 Præsidio. Armaturæ. Gloriationi.
 Spei. Fortitudini.

2 Septem lucernarū, & calamo-
 rum septem, id est, septem donorum
 Candelabro, septem emūctorijs Spi-

1 S. Ger-
 man. Ora-
 tion. i. d^e
 Præsenta-
 pag. 61.

2 Idē Ora-
 tio. de Na-
 tiu. Virg.

ritus Effulgenti. Throno Cherubico,
vastissimo, igneo, excelso, Quæ Chri-
stum Regem in sinu gestavit Suo.

3 Idē Ora-
tion. 1. de
Præsent.

3 Sponsæ Dei nubæ. Fonti scatu-
riēti diuinitus. Dei amenissimo, atque
rationali Paradyso. Pinguissimo Mō-
ti, atque cōdenso, in quo enutritus ra-
tionalis Agnus, peccata, & morbos fe-
rens. Sanctificationi, & Vasi electo,
quod sibi Deus reposuit, & totius Or-
bis Propitiatorio, Imò & Cœlo ena-
rranti gloriam Dei. Orienti lumine
danti, quod occidit nunquam, cuius
egressio à summo Cœlo, cuiusque ca-
lorem, hoc est, gubernantem prou-
dentiam, nemo vnquam effugere po-
tuit. Columbæ, cuius pennæ de argen-
tata, ac posteriora eiusdem in pallore
auri, Sanctissimi, atque illuminantis
Spiritus fulgore radiantia.

4 Idē Ora-
tio. 2. de
Assumpt.

4 Nouæ creationis Adæ Fermen-
to. Opprobriorum Euxæ Liberationi.
Mortis Effugio. Peruigilum oculorū
insomni Gloria.

Male

5 Maledictionis Interemptrici, benedictionisque Conciliatrici.

5 Idem
Fragm. 4

6 Dei Baiulæ. Omni magnifica specie Sublimiori Spectaculo.

6 Idem
Frag. 15

7 Vniuersa terra Ampliori, & Cœlo. Vnigenitæ Dei Matri, gratiæ, & veritatis plenæ. Magni potenti, & natura Sublimiori Puellæ ad decorem vniuersæ creaturæ *Vnica*.

7 Isidor.
Theffaloni. Orat.
1. de Nat. Virg.

8 Sacratissimæ Pulchritudini, expressissimè Deum referenti, & summè Deiformi Speculo. Micanti Splendori diuinitus. Oblectanti Deum Iubari. Formositati Deum condecanti.

8 Idem
Isidorus
Orat. 2.
de Ingressu Virg.
in Sanct.

9 Spirituali Smaragdo.

Sanct.
9 Mauriti-
ritius de
Villa Pro-
bata in Co-
rona B.
Virgin.

10 Sali terræ optimo, quam plurimos præseruanti à peccati putredine.

Serm. 31
10 Bern-
nardinus
Bustensis,
Serm. 2.
de Assumpt.

11 Militantis Ecclesiæ, atquè Triumphantis Coronam fortitæ, & potestatis Cœlestis ex *authoritate ordinaria*; perpetuam plenitudinem. Totius mundi Imperatrici.

11 Al-
bertus
Magnus
in Maria
li super
Missusest
cap. 74.

12D. An
selmus li-
bro de Cö-
cep. cap. 2.

MARIÆ AVGVSTÆ:
12 *Dignissima Matri Dei, Con-*
cepta in gratia, & Gloria.

Fr. IOSEPHVS

E

MERCENARIIS MINIMVS,

STIGMATE SERVVS

ISTVC

IMPERIALE MVNVSCLVM

DICAT. OFFERT. SACRAT.

LECTORI.

DE Imperio Virginis Deiparæ, tametsi
 plura ad illud suffulciendum sint con-
 texta à nobis; nihilominus tamèn in eius Cõ-
 ceptionem, reuerà purissimam, quia fluentis
 gratiæ, & gloriæ circumseptam, libentissimè
 (etsi obiter) irrepsimus. Tum, quia Sacra, &
 Regalis Redemptorum de Mercede Familia,
 ex *Reuelatione Dignissima Matris Dei*, in
 honorem *Immaculate ipsius Conceptionis* ere-
 cta (teste P. Velazquez *lib. 4. Dissert. 9. Adno-*
tat. 1. num. 11. apud Nostrum Opusculum, ad
Bullam Alexãdrinam in re nimirum Festi,
& Cultus Conceptionistici exprimens *Nota-*
tiones, commonstrans, indigitans, §. 1. n. 221.
vers. Reuerendissimus.) Tum, quia in Cõstitu-
 tionibus Nostris, & quidem *Nouis* (à Sãctif-
 simo Domino N. *Alexandro Papa VII.* ap-
 probatis, & confirmatis *speciali Diplomate*
 sub *Datis Romæ apud Sanctam Mariã Ma-*
iorem sub annulo Piscatoris, die 20. Decẽbris
anni 1662. Pontificatus sui anno viij. Bulla
 incipit: *Ad Pastoralis Dignitatis fastigium*)
dist.

dist. 2. cap. 28. pag. 141. hæc circa formam graduandi Magistrum (inter alia) conscripta offeruntur: Item iuro, quod, quatenus per Sanctam Sedem Apostolicam licebit, tenebo, tuebor, defendam, predicabo, atque docebo, animam Beatissima Virginis Mariae, in primo instati sua creationis, atque infusionis in corpus, præueniente Spiritus Sancti gratia, intuitu meritorum Iesu Christi Redemptoris, à peccato originali præseruatam, & immunè fuisse, & in hoc sensu Festum Cōceptionis eius ab Ecclesia celebrari. Id ipsum exequitur, qui ad gradum Baccallaurei Sacrae Theologiae venit promouendus, vt constat ex dict. Cap. pag. 145. §. Promouendus. Tum, quia tanto Mystério valdè addictus. VALE.

Ad
Conscribendum de Imperio Mariano

Motivum Speciale hinc non
præfigimus, |

Ne calamitas noster plus in re ista,
quàm par est, deuolet.

TRAC-


TRACTATUS
DE
IMPERIO
MARIANO.

DISPUTATIO VNICA.

*An Sacra Deipara sit mundi Monarcha, &
Imperatrix?*

SECTIO I.

*Affertio, & priora eius fundamenta
adstruuntur.*

I  ICENDVM venit, quòd MARIA Augusta, Mater Dei, & profecto Dignissima, est mundi Monarcha, & Imperatrix.

Ostēditur primo. Nam D. Antoninus 4 part. tit. 15. cap. 22. §. 9. apud P. Antoniũ de Quintanadueñas de *Sanctissimo Nomine Marie*

A

cap.

cap. 3. pag. 342. hæc pluscula, aurea, & pulchra
attexit: *Maria propter Christum Imperatrix,
& Monarcha est mundi.* Guarricus Serm. 3.
de Assumpt. scribit sic: *Indivisum habere tecū
capit imperium* (alloquitur Virginem Deipa-
ram) *cui tecum in carne una, & uno spiritu
indivisum fuit pietatis, & unitatis mysteriū.*
Quod apparet re ipsa executum in Virgine.
Quia si Filius dominium in omnia, imperiū-
quē sortitus, & eius Mater possidet ipsissimū,
quippè quæ in omnia etiam imperiū habeat,
& dominium, teste D. Bernardino Senensi
*tom. 1. serm 61. art. 3. cap. 6. ibi: Ille, qui Filius
Dei est, & Virginis benedicta, volens Paterno
principatui principatum æquiparare Mater-
num, ipse, qui Deus erat, Matri famulabatur
in terra, & erat subditus illis. Propterea hæc
est vera propositio. Imperio Virginis omnia fa-
mulantur, etiam Deus. Principatum Mater-
num ille, qui Filius Dei est, & Virginis imma-
culatissimæ, & purissimæ, voluit quidē prin-
cipatui æquiparare Paterno, atque ad eū ipse,
qui Deus erat, Matri famulabatur in terra, &
erat subditus illis: ergo Deipara omnium Im-*

peratrix. Patet consequentia. Nam si omnia imperio famulatur Mariano, fit sanè, vt omnia sub imperio, & dominio cadant Deiparæ: ergo Imperatrix omnium Maria Augusta. Præterquam quod ipsa congaudet principatu, qui nimirum æquiparatur principatui *Paterno*. At principatus *Paterne* est Imperialis: ergo & *Maternus*, vtpotè ei æquiparatus. Pergas. Pater *Æternus* est *per essentiam* omnium Imperator, & Dominus: igitur eius Filia, & dignissima erit *per participationem* Imperatrix, atquè Domina omnium: erit ergo Imperatrix, & Monarcha Mundi Maria Deipara. Huicce Imperiali dominio idem Senensis tom. 3. *Serm. de Natiuit. Virgin.* etiã subscribit, ita inquit: *Si fas est dicere, non tantum facta est Domina omnis creatura, verum etiam ipsius Creatoris.* Addiderim, quod si fas est dicere, Mariam Augustam non tantum omnis creaturæ, verum etiam ipsius Creatoris factam *Dominam*, fit, vt valde sit rationi consonum adstruere, ipsammet fore reuera *Dominam*, & dominio supremo, ac proinde *Imperiali*, omnis creaturæ: ergo in omnem crea-

turam dominium, & amplissimum, necesse, fortita. Addas denique, quod si Dignissima Mater Dei Domina, atque Imperatrix omnium existit: & mundi etiam Imperatrix erit, & Domina, quod patet. Nam in Iure maior pars trahit ad se minorem, l. per minorem, ff. de iudic. l. que Religiosis, ff. de rei vindic. Imò & concessio, quod est plus, videtur concessum, quod est minus, §. Cum ergo Instir. quibus causis manumittere: ergo, &c.

12. Secundò. Quoniã Richardus à S. Laurentio de Laudib. B. Mariae Virginis lib. 4. col. 221. §. In singulari potestate in verba prorumpit eiusmodi: Cum enim possit verissimè dicere cum Filio: Data est mihi omnis potestas in Cœlo, & in terra Matth. ultim. Excellèter tamen dicit in Ierusalem superna potestas mea Eccles. 24. Imperandi scilicet quidquid volo tam virtutibus Angelicis, quam animabus Sanctis, & quos volo introducendi: Siquidem, vt dicitur Eccles. 24. In omni necessitate omnia obaudiunt ei. Et pag. 306. hæc attexit: De omnipotètia Mariae dicit Fulbertus Carnotensis Homil. approbata consuetudinis, &c.

Siquidem Mater Domini ubique imperiosa est, ubique magna secundum charitatem erga superos, & super inferos per discretionē, &c. Ipsi certe primum est, Angelos Sanctos in ministerium mittere, & ad beneplacitum suū inferiorum pacta quassare, ut de ea congruē dici possit illud Eccles. Omne, quod voluerit, faciet, & sermo illius potestate plenus est: ergo potestate nedum Regia, sed etiam Imperiali. Unde dicit cum Filio Isai. 46. Consilium meū stabit, & omnis voluntas mea fiet. Job. 23. Anima eius quodcumque voluit, fecit. Ideo dicuntur etiam manus eius tornatiles Cāt. 5. Quia in promptu facere, quidquid ei placet, sicut ars tornandi prompta est, & expedita. Aurea, quia ex charitate Dei, & proximi procedit quidquid facit. Plena hyacinthis, id est, virtute cœlesti. Item Sapiēt. 7. Cum sit una, id est, singularis pietate, charitate, & presidio, omnia potest ex dono Filij sui, à quo Omnipotēte Omnipotens est effecta. Omnia innovat, id est, hominem, propter quem facta sunt omnia: & qui habet cum omni creatura participium, innovat, inquam, hominē per gratiam in presenti,

Et per gloriã in futuro, Et per nationes, idest, in omni gente, sine personarum acceptione, in animas sanctas se transfert, gratiam infundendo, quas sanctas non inuenit, sed gratia sua sanctas facit, Et amicos Dei, idest, amantes Deum, Et amatos à Deo, Et Prophetas constituit, hoc est, accendit ad amorem Dei, Et illuminat ad cognitionem eius. Vnde, Et dicitur illuminatrix. Ipsa enim Regina est illius Ciuitatis, cuius Filius suus Rex, Et eisdem priuilegijs secundum leges gaudent Rex, Et Regina. Cum autem eadem sit potestas, Et communis Matris, Et Filij, quæ ab Omnipotente Filio Omnipotens est effecta, quia non est potestas nisi à Deo ad Rom. 14. Vnde dicit cū Filio data est mihi omnis potestas in Cælo, Et in terra; tamen excellenter est potens in Ecclesia triumphante. Vnde dicit Eccles. 14. In Ierusalem superna potestas mea, imperandi scilicet quod volo, virtutibus Angelicis, Et animabus Sanctis, Et faciendi ad beneplacitum meum, Et quos volo introducendi. Item sicut Maria Filius Rex Regum, Et Dominus dominantium. Apoc. 19. Sic Maria Mater Christi, Regina est

est benè se gerentium, & Domina eorum, qui sibi dominantur. Et pag. 224. scribit hæc: Item ex eo, quod copiosa est spiritualibus diuitijs, conspicua bonitate, disertia sapientia, tremenda cunctis uiuentibus potestate, genere illustris, forma desiderabilis, immensitate incomprehensibilis, aternitate indeficiens, cuius imperium attingit à mari usque ad mare, quæ etiam ex dono Filij sui, attingit à fine usque ad finem fortiter, & cum eo disponit omnia suauiter. Rectè ergo adstruimus, Matrè Dei, & Dignissimam in omnes creaturas dominium, fortitiquè imperiū, atque adeò Imperatricem esse earundem: & non mundi Monarcha, & Imperatrix? Apage.

3 Addiderim, quod ipsemet loco nuperrime dato, §. Item ex eo quod, ait: Ideò talem fecit Matrem suam secundum quod Deus, qualis fieri voluit ex Matre secundum quod homo. Propter hoc de Matre, & Filio dicitur Osee 10. *Vitis frondosa Israel, idest, Maria, fructus, idest, Christus, adequatus est ei.* At qui fructus eiusmodi, Rex, & Imperator Cœli, & terræ, ac per consequens mundi totius; ergo

&

& eius Mater Cœli, & terræ, & consequēter totius mundi Regina, Imperatrixquē existet. Præterquam quod pag. 229. hæc diffundit: *Supra totam cœlestem curiam collata ei plenaria potestas. Vnde dicit in Ierusalem, scilicet super cœlestis potestas mea Eccles. 24. Imperandi videlicet virtutibus Angelicis, & animabus Sanctis. Nec solum in Regno Cœlorum data est ei singularis Omnipotētia, sed in tribus Regnis, scilicet cœlestium, terrestrium, & infernorum: ad Philip. 2. Propter hoc ipsi soli cōuenit post Filium dicere illud Matth. 28. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: id est, Regia, & Imperialis.*

4 Notes, quod Virgo Deipara, vt ex supradictis haud obscure patescit, *plenaria potestate* congaudet; & eius sermo? Etiam *potestate* plenus est: ergo Maria Augusta *potestate* plena: ergo *Imperiali* nullo modo orbata. Alioqui non habebit omnes partes in esse potestatis completas, refertas, & integras. Nec mireris! Cū plenum vocetur illud, quod *habet omnes partes completas, l. fœmina, §. Illud, C. de secund. nupt. cap. Apostolica de præbend.*

bend. lib. 6. Bald. consil. 293. num. 3. volum. 4. subijciens. *Quod plenum dicitur, cui nihil potest addi, & à quo nihil potest minui.* Vnde quando facultas conceditur pleno iure, intelligitur, idest, integre, sine diminutione. Antonius de Butrio consil. 153. num. 2. Natta consil. 505. num. 28. Rebuf. in l. Herenius 122. col. 3. ff. de verbor. significat. versicul. Plen. Plenum dicitur completum, refertum, integrum, affluens, ut in l. si arborem, ff. de servitut. urbanor. praedior. fol. 472. Videatur Doctissimus I. C. D. D. Franciscus de la Cueva in Opuscul. de Concept. fol. mihi 8. Vbi de plenitudine gratiae Marianae, & argutè, scribit.

5 Tertiò. Quia Magnus Albertus in *Mariali super Missus est, cap. 74.* soluitur in hæc verba: *Beatissima Virgo habet Coronam Ecclesie militantis, & Ecclesie triumphantis. Vnde Summus Ministrorum, Papa scilicet, appellatur, & est seruorum Dei seruus. Hæc autem est Regina, & Domina Angelorum. Ille seruus seruorum Dei. Illa Imperatrix totius mundi. In ministris est potestas spiritualis, temporalis, delegata à Deo, vel sub delegata, &*

*Vicaria. In ipsa autem est plenitudo potestatis
 cœlestis perpetua ex autoritate ordinaria.
 Item in ministris est executio ligandi, & sol-
 uendi per usum clauium, in ipsa autem est do-
 minandi legitima potestas ad ligandū, & sol-
 uendum per imperiū. Quo fit, vt Maria Dei-
 para totius mundi sit profectò Imperatrix.
 Addiderim, quod Philippus Abbas lib. 2. in
 Cant. cap. 7. inquit: Sponsa, Mater, & ancilla
 nostra omnium Imperatrix, disiunctos iungit,
 iunctos retinet, potens, & efficax mediatrix.
 Huicce imperio, atquè vniuersali dominio
 adhæret Dionysius Carthusianus lib. 3. de
 Laudibus Virgin art. 18. aiens: Iure, ac meri-
 to Tibi, o præstantissima, ac speciosissima Do-
 mina, subijcitur, ac obedit omnis creatura cœ-
 lestis, terrestris, ac inter media. Quoniam om-
 nium Conditor Deus Tibi, vt Matri, fuit
 subiectus.*

6 Quarto. Nam Ioannes Maior in 3. sen-
 tent. dist. 3. quest. 1. per similitudinem Estheris
 à communi lege Sacram excipiēs Deiparam
 hæc, & sanè aurea, & sanè pulchra, attexit:
*Adamest productus sine peccato, & similiter
 Eua;*

Eua; sed non decuit Euam primam Matrem concipi, & produci sine peccato, & Virginem concipi in peccato. Diua Virgo est Regina Cœli, & Imperatrix Orbis: ergo nec decuit Virginem in peccato nasci, cum Imperatrix Augusta est absoluta à communibus pœnalibus, ut Assuerus fecit in Esther. Ergo Dignissima Mater Dei Mundi existit Imperatrix. Præterquam quod D. Bernardinus Senensis tom 4. de Glorioso Nomine Mariæ Serm. 3. artic. 1. cap. 1. Commostrans, quod dominium Virginis Augustæ: seu quod Dignissima Mater Dei nulli puræ creaturæ subiecta sit, hæc scribit: Primo quidem dominatio est vera, quæ nulli prælationi est obnoxia. Sic & Beata Virgo nullius quippè puræ creaturæ prælationi obnoxia est. Quomodo enim subijceretur creaturæ, quæ Mater effecta est Creatoris? Imò Mater Domini omnis creaturæ, effecta est Domina omnis creaturæ: igitur, quia genuit Creatorẽ Domina facta est omnis creaturæ. Vnde merito dici potest ad quamlibet creaturam illud Genes. 16. Revertere ad Dominam tuam, & humiliare sub manu ipsius. Ad litteram di-

citur ad Agar de Sara. Quippè ipsa est verè Sara, quæ Princeps interpretatur, quæ verum genuit Isaac, scilicet Filium Dei, in cuius semine benedicentur omnes gentes, per quæ omnis creatura principatū habuit. Proinde Eccles. 24. in Persona Virginis Mariæ ait, in omni gente, & populo primatum habui. Imò, si fas est dicere, non tatum facta est Domina omnis creatura, verum etiam ipsius Creatoris, sicut Luc. 2. cap. scriptum est. Et erat subditus illis. Proinde hæc est vera. Deo subdita est omnis creatura, & Beata Virgo, Beata Virgini subdita est omnis creatura, & Deus. Verè igitur Beata Virgo Domina est. Et loquitur Senensis nō de quouis dominio, sed de illo, quod Imperiale est. Supra enim scripsit: Quippè ipsa est verè Sara, quæ Princeps interpretatur, quæ verum genuit Isaac, scilicet Filium Dei, &c. per quem omnis creatura principatū habuit. At ly principatum innuit reuera principatum, qui Imperialis sit, quod nimirū ex hoc potest colligi, quia idem Senensis tom. 1. Serm. 51. de Passione Domini cap. 2. Versans illud Isai. 9. Factus est principatus, &c. hæc attexit.

Primò portavit Christus crucem sicut gloriosus Imperator regale sceptrum. Hinc Isai. 9. Factus est principatus eius super humerū eius: & iterum Psalm. 95. inquit. Quia Dominus regnavit à ligno. Qui ipse antea proposuerat, seu adstruxerat hæc pluscula: Christus portavit Crucem, sicut Imperator, regale sceptrum. Nec me latet, quòd prædictus Senensis art. 2. eiusdem Serm. 3. allocutus de magnitudine dominij Mariani diffundit hæc: Secundo consideremus dominij Virginis magnitudinē. Siquidem tanto maior est Domina, quanto maius dominium habet. De magnitudine dominij illius in persona eius Eccles. 24. cap. ait: Gyrum Cæli circuii sola, & profundū abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui. In quibus verbis exprimit magnitudinem dominij sui, videlicet, quia dominatur in quatuor regnis. Primò in Cælo, secundo in inferno, tertio in purgatorio, quarto in mundo. Totum id com-

7 Quintò. Nam Doctissimus Zelada in

Rutham tract. Appendice, §. 306. num. 3. ita inquit: Christus, ait, data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra. Mihi soli inquam. Cum autem Christo Deo, & Matri Virgini in una carne, & uno spiritu indiuifum fuit pietatis, & unitatis mysterium, amplioris gloria est, quod Deipara debetur, diuina Maternitatis Augusto titulo, & inde eius Filius Deus, cui data omnis potestas in Cælo, & in terra, Regnum, potestatem, & Imperium cupit habere indiuifum. Quo fit, ut Deipara Virgo, quia eadem est caro cum Filio Deo, idem est pietatis spiritus, generositate Maternitatis titulo: istius modi amplissimam gloriosè potestatem, regnorum scepra, ac cæli, terraquè imperium, indiuifum cum Filio habeat. Idcirco, etsi Christus dicat, data est mihi (soli) inquam, omnis potestas in cælo, & in terra, Matri etiam communicatur, ut rectè fieri potest, & iure Maternitatis debetur. Et eodè num. 3. hæc offert: Cæterum cum dicit Christus data est mihi, illi soli datam hanc plenam potestatem, & Regium hoc dominium in cælo, & in terra, interpretatur Cornelius, quam nunc

partim communicat Apostolis ad Ecclesia fundationem, & illius regimen, plenius autē hoc Christi dominium, & potestas, & imperium, & si aliter, Deipara cōmunicatur: igitur Virgo Deipara dominium in cœlū, terramquē, potestatem, & imperium sortita: ergo cœli, & terræ Imperatrix; & consequenter mundi totius. Præterquam quod P. Nouarinus in *Vmbra Virgine* lib. 4. Excurs. 56. num. 549. sic fatur: *Nec sola Virgo mundus specialissimus Deo suo fuit; sed fuit præterea mundi istius finis, ac exemplar. Cum enim conditurus mundum Deus esset, hoc eo libentius exitit, quia prouidit futurum, ut in eo Maria esset lucē aspectura: cuius imperio omnia, quæ creabat, subdenda essent. Hoc quippè sensu Deum amore Matris, ac Iesu, mundum condidisse, intelligendum est Hieremia 33. vers. 20. Vbi nos habemus. Si irritum potest fieri pactum meum cum die, &c.* Ergo si omnia, quæ creabat Deus sub imperio Mariano subdenda, sit, ut omnium, quæ sub creatione cadunt, Maria Augusta existat Imperatrix.

(8 Sexto. Quia Eruditus Salazarius de Cōcept.

cept. cap. 32. §. 4. num. 52. ait: Decens erat, ut tunc, cum in hanc lucem edebatur, splendidiore lumine mens illius inclaresceret, & cunctum latè mundum, & omnes creaturas, quibus præficiēbatur, in Deo contemplaretur. At ly præficiēbatur dominium, & imperium in creaturas omnes commonstrat, & indigitat, ut constat ex ijs, quæ tradit N. Eximius Doctor Hispalēsis Marianus Siluester de Saavedra in Sacra Deipara disput. 19. sect. 21. fol. mihi 385. §. Ad primum hac sub forma contexta: Ex qua solutione manifestum est, nullam vim habere rationem, qua ad nostram sententiā probandam (nempè, quod Dignissima Mater Dei fuerit concepta in gloria, cui, & libentissimè profecto, adhæreo, atquè subscribo) utitur Salazarius num. 63. desumptam ex eo quod debuit Virgo cognoscere, & mente capessere amplitudinem sui Regni, & Imperij in omnes creaturas: Vnde fit, quod ly præficiēbatur in omnes creaturas, dominium, imperiumquè commōstret reuerà, indigitet, exprimat. Ad dederim, quod idem Saavedra inquit: *Ostēdimus loco citato (Vestigat. nimirū 1. disp. 23.)*

Vir-

Virginem in illa visione transeunti non cognouisse se futuram creaturarum Reginā. Vnde necessarium non fuit, cognosceret Imperij sui amplitudinem: Ergo licet, vi huius, deneget, Virginem purissimam in primo Conceptionis instanti (in gloria intelligas) amplitudinē Imperij cognouisse sui in omnes creaturas; non tamē, quòd amplitudine sit orbata eiusmodi: ergo Dignissima Mater Dei, & omniū creaturarum, & totius mundi existit Imperatrix. Quod sit Deipara hominum, & Angelorum Imperatrix patet ex P. Ioanne de Mata Dominicano in *Discursibus super quatuor Flumina Paradisiaca*, discurs. 2. pag. 61. sic scribente: *Tam uniuersale est Imperium Virginis, ut non solum homines; sed & Angelici Spiritus in Oriente gratia creati (quorū Domina, Reginaquē Deipara) pensitēt subiectionis tributum.* Quod dicatur, & sit Suprema Imperatrix extat quidem apud N. M. Santāder in *suo Mariali Serm. 3. de Natiuit. Virg.* discurs. 6. pag. 163. ibi: *Nata est lux iusto, & rectis corde letitia: Quenam lux ista, quam*

latitia hæc? Suprema hæc Imperatrix, id est, cœli, terræ, mundiquè totius.

SECTIO II.

*Posteriora fundamenta ad nostram Assertio-
nem adaçta.*

9. **P**rimum sit: Nā D. Damascenus Orat. 2. de Assumpt. hæc cōscripsit: *Quamquam semper ita comparatum est, ut hereditas à parentibus ad filios deoluatur; nunc autem sursum sacrorum fluminum fontes fluunt. Etenim Filius Matri res omnes conditas in seruitutē addixit, apud Patrem Quintanaduenās de Nomine Maria cap. 3. pag. 342. Pergas. Filius omnes res conditas in seruitutem Matri addixit suæ: ergo præfatæ res conditæ sub imperio cadunt Mariano: sicut & ipsemet cadunt sub Filij imperio. Præterquam quod idē Damascenus Orat. 2. de Assumpt. nuperrimè data hæc intexuit: *Decet Matrem, ea, quæ Filij sunt, possidere, & ab omnibus adorari: ergo & imperium in omnes res conditas: ut po-
tè**

tè quod à Filio possessum. Notes, quod D. Bernardinus Senensis tom. 1. serm. 61. art. 3. cap. 6. ait: *Tot creatura seruiunt gloriosæ Virgini, quot seruiunt Trinitati.* At ly seruiunt in Trinitate indigitat in omnes creaturas imperium: ergo & ly seruiunt in Sacra Deipara.

10 Secundum sit: Quia Methodius Orat. de Purificat. sic alloquitur Virginem Deiparam: *Euge, euge, quæ debitorem illum habes, qui omnibus mutuatur. Deo enim uniuersi debemus. Tibi autem etiam ille debet.* Proinde qui dixit: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut is decretum à se promulgatum obseruaret, & alios excederet, omnem Matri, & gratiam, & honorem impendit.* Censet ergo Methodius, Deum, non solum omnē gratiam dedisse Matri; sed & omnem honorem, ut impleret obligationem honorandi Parentē: ex quo desumpsit (id obiter) eruditus Pelbartus lib. 4. Stellarij part. 1. art. 3. siquidem hæc diffundit: *Exodi 20. Lex diuina præcepit dicens: Honora Patrem, Matrem: ergo sequitur, quod Christus honorauit Matrem omni modo, quo potuit.* Omni modo, quo Filius po-

tuit, honorauit Matrem suam, & Dignissimã iuxta Pelbartum, honorem omnem iuxta Methodium, Matri impendit suæ: ergo & istum, nempe, quod Mundi sit Monarcha, & Imperatrix. Etenim sub *ly omnem honorẽ* nendum *spiritualis*, sed etiam *temporalis* honos venit comprehendendus. Nec mireris! Cum nihil reuerà, qui dicit *omne*, excludat, *l. Iulianus in princip. § ibi Bartol. ff. de leg. 3. l. hoc articulo, ff. de hered. insti. l. pediculis, §. La- beo, ff. de auro, §. argento legat. C. solita, de maioris. §. obedient. glos. in l. à procurat. C. Mandati facit. D. Paul. ad Hebraeos 2. ubi ad illa verba Psal. 8. Omnia subiecisti sub pedibus eius, ait: In eo enim, quod omnia ei subiecit, nihil dimissit, non subiectum ei. Glos. in princip. instit. de Societ. lit. A. ibi: Totorum bonorum, id est, omnium. Nam hoc nomen totum totalitatem ad vnã rem significat. Tiraquell. in l. si unquam verb. totum num. 1. pag. 290. Quod sanè non solum prouenit ex eo, quod, qui dicit totum, nihil excludat; sed ex eo etiam, quod tam totaliter includit, vt terminet, atquè amplexetur illud absque vlla dimi-*

nutione, vt declarat Paulus de Castro *consil.*
 III. *col. fin. lib. 1. per textum in l. Menio, §. A*
me, ff. de leg 2. & alij, quos refert, & sequitur
Tiraquell. in dicta l. si unquam verb. totum
num. 1. Ergo si Filius omnem honorē tam spi-
 ritualem, quā temporalem Matri impendit
 suæ, fit, vt & hunc impenderit, nempe, quod
 Mundi Imperatrix, Monarcha quē existat.

II. Addiderim, quod Nicolaus Sanderus
lib. 6. de Clave David, §. Qui nouit, pag. 369.
 sic fatur: *Qui nouit, & considerat quid sit, vel*
Mariam simul Virginem, simul Dei Matrē
fuisse, vel Dei Filium in forma Dei suo Pa-
tri equalem, etiam in forma serui B. Virgi-
nis Filium extitisse, nunquam putabit vel ta-
lis, Matre vllam fœminam in Dei causis ma-
iolem esse posse, vel talem Filium, qui, & ab
omnibus filijs Parentes honorandos decreuit,
& totam legem, omnemquē iustitiam ipse im-
pleuit, quidquid veri, & spiritualis honoris,
cuius quidem Mater sua capax fuerit, præter-
mississe, quin id ei detuleris summo in gradu:
 ergo & temporalem honorem, Regium sci-
 licet, ac Imperialem, cuius reuera capax Dei-

para (alioqui nec Angelorum, hominum, & creaturarum omnium Regina diceretur, & Domina, quod est cōtra Anselmum, nec Regina mundi, quod est contra Gersonem, nec Mundi Monarcha, & Imperatrix, quod est contra D. Antoninū supra datum) nullo modo prætermisisse Filium, imò suæ Matri detulisse, venit adstruendum. Dicitur *temporalis honos* ille, qui elucet in Virgine, quippè qui terminetur ad omnia illa, quæ cadunt sub tempore, vt sunt Angeli, homines, & cætera creata: eo quod cuncta hæc non fuerint ab æterno; sed in tempore creata extiterint. Imò & quia talis honos in tempore collatus Virgini Deiparæ, videlicet in primo Conceptionis instanti, cum ab hoc instanti imperium, & dominiū in creaturas omnes fortita fuerit.

12 Tertiū sit. Nam D. Epiphanius *Serm. de Laudibus Virgin.* totum id, quod illustre fuerit, & gloriosum Virgini Augustissimæ cōcedendum adstruit in hæc verba: *O ter sancta Virgo, de qua, qui omnia gloriosa, & illustria dixerit, nunquam is quidem ab scopo aberrauit: ergo nec ab scopo aberrauit vnquam,*

quam, qui dixerit, Matrem Dei, & Dignissimam Imperatricem Mundi fore, & Monarcham. Præterquam quod Seraphicus Doctor in 3. dist. 3. statuit generalem regulam ad quamlibet excellentiam, constituendam in Virgine Deipara apud Clichtouæum *Serm. 1. de Cōcept. sine* hac sub forma contextâ: *Quidquid, non est contra Fidem, attribui convenienter potest gloriose Virgini Maria, cum scilicet illud ad suam, & Filij redundat gloriam.* At qui non est contra Fidē, quod purissima Virgo sit Mundi Monarcha, & Imperatrix. Alioqui id non foret expressè adstructum à Florentino Antistite: ergo. Addas, quod Guillelmus Parisiensis in *Festo Concept. quest. 3.* ait: *Quod Deus potuit facere, & decuit, fecit, nimirum in Virgine.* Et paulò post: *Nulla dignitas conueniens Virgini, est ab ea auferēda:* ergo nec dignitas Imperatricis. Si enim *Regine* dignitas ab ea non aufertur, cur *Imperatricis* auferenda dignitas? Ergo si dignitas *Regine* ei conceditur, & *Imperatricis* dignitas cōcedenda. Addas etiam, quod Doctissimus Alphonsus Salmeroni *tom. 3. tract. 12. §. Deinde,*

de, inquit: Deus hoc efficere poterat in Virgine, hoc etiam facere illum decebat, fecisse ergo, ne dubitemus. Sic ad rem meam. Quod foret Maria Deipara Mundi Monarcha, & Imperatrix, potuit Deus facere, hoc etiam facere illum decebat, dubium nemini (si enim ipse, Cœli, atque terræ Imperator, eidē, & valdè decens, vt Virgo; vtpotē Mater, & Dignissima eiusdemmet; Cœli, ac terræ etiam Imperatrix existat) fecisse ergo, ne dubitemus. Ergo Maria Augusta est quidem Mundi Monarcha, & Imperatrix.

13 Quartum. Quia Magnus Albertus lib. de Laudibus Virginis cap. 81. hæc, & pulchra, diffundit: Cum ipsa sit suprema, & dignissima creaturarum omnium, quam omnes debebant reuereri, & honorare, minimè debitum fuit, vt alias creaturas honoraret, id est, adoraret. Pergas. Omnes creaturæ tenebantur reuereri, & honorare Virgine Deiparam. At minimè debitum, vt ea alias creaturas adoratione afficeret: ergo, quia ipsa Imperatrix, & Mundi Monarcha, & illæ vnà cum mundo eidem subiectæ. Notes, quod Eruditus Pater

Ioan-

Ioānes de Cardenas Iesuita in Volumine par-
 no, cui titulus *Geminum Sidus Mariani Dia-*
dematis disput. 2. cap. 14. num. 164. §. Ea autē
doctrina hęc in verba prorumpit: Sicut in fini-
tum dominium Dei est titulus, ob quem Deo
debent omnes creaturę supremam adoratio-
nem, ita dominium, quod Beate Virgini com-
petit iure Maternitatis Dei supra omnes crea-
turas, titulus est, ob quem omnes debeant illi
adorationem. At dominium Dei in creaturas
omnes, exprimit Imperiale dominium in eo:
igitur, & dominium Virginis in illa smet ex-
primet in ea Imperiale dominium, quippē
quod eidem competat iure Maternitatis Di-
uinę. Quod autem adoratio sit debita Virgi-
ni Deiparę, titulo dominij, ab omnibus crea-
turis, disertē docet Franciscus Suarez tom. 2.
in 3. part. disput. 22. sect. 2. Rutilius Bēzonius
lib. 2. in Magnific. cap. 22. dub. 9. §. Secūda est.
Id etiam tradidere S. Bernardinus Senensis
tom. 1. Serm. 61. art. 1. cap. 6. Nicetas in Frag-
mento de Cathēchismo Saracen. to. 6. Biblioth.
Arnoldus Carnotensis tract. de Laudib. Vir-
gin. Doctor Seraphicus in Speculo lect. 3. Pel-

bartus in *Stellario lib. 1. p. 4. art. 1. cap. 1.* Bernardinus de Busto 5. p. *Mariali Serm. 8. fine.* Ioannes Trichenius *lib. 1. de miraculis B. Mariae prope Dittelbach cap. 12.* & plures alij. Addas in *re adorationis* predictæ, Doctorem Seraphicum in 4. *dist. 44. dub. 3.* Vbi cum dixisset, non fore possibilem Dignitatē maiorem in pura creatura, quàm Dignitatem *Matris Dei*, postea hæc intexuit. *Si enim omnes creatura, quantumcumque ascenderent in gradibus nobilitatis, essent presentes, omnes deberent reuerentiam Matri Dei.* Quæ verba (inquit Pater Cardenas *disput. 2. cit. num. 163.*) non egent explicatione, cum apertè loquatur S. Doctor in ea propositione conditionali de omnibus creaturis possibiliibus, ut præcipuè denotant ea verba. Et in omnes creaturas imperiali orbata dominio Maria Deipara? Apage. Ergo omnium creaturarum Imperatrix existit: ergo & totius mundi.

14 Quintum. Nam D. Athanasius *Serm. 1. de Annunciat.* opportunè inquit: *Dicimus iterum, atque iterum, & semper, & undequaque beatissimam. Sicut ergo cum ad ipsum respici-*

picimus, Regem, Dominum, & Deum appellamus: ita quoque cum ad eam oculos reijcimus, Reginam, Dominam, Deiparam esse animadvertimus. Pergitur. Ly *Dominum* exprimit dominium Imperiale in Deo: ergo, & ly *Dominam* Imperiale dominium in Virgine exprimet. At prius dominium cadit, & terminatur ad omnes res creatas, ergo & posterius dominium. Quo fit, vt Deipara dominium, & imperium in omnia creata sit quidem sortita: ac proinde in omnes creaturas. Ergo Imperatrix existet earundem, ergo & mundi totius. Præterquam quod Gersonius in *Alphabet. lit. E.* ait: *Maria iuxta Hierarchicam Dionysij legem, continet eminenter omnem perfectionem creaturarum, tanquam inferiorum, vt iure dicatur Regina Mundi, & Domina.* Ly *Domina* dicit non solum Regale, sed & Imperiale dominium in Virgine Deipara: At Regina, atque Domina Mundi, ergo & Mundi Imperatrix Sacra Deipara, Maria Augusta. Addiderim, quod D. Anselmus de *Virg. cap. 11.* inquit: *Quemadmodum ipse, qui natus est de Virgine Rex, & Dominus Angelorum, hominum, &*

creaturarum omnium: ita etiam Deipara similem admodum Angelorum, hominum, & creaturarum omnium Regina, & Domina existit, apud Patrem Quintanadueñas de Nomine Mariae cap. 3. pag. 342. At qui Natus de Virgine est quidem Dominus Imperiale dominium in se ipso exprimens: ergo & Deipara erit Domina exprimens in se ipsa Imperiale dominium: ergo, &c.

15. Sextum. Quia Arnoldus Carnotensis in lib. de Laud. Virgin. hæc scribit: Vna est Maria, & Christi caro, unus spiritus, una charitas. Vnitas diuisionem non recipit, nõ secatur in partes. Et licet ex duobus factum sit vnum; illud tamen ultra scindi non potest: atque adco Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eandem. At gloria Filij, est Filij in omnes creaturas dominium, imperiumque sortiti: ergo, & gloria Matris, erit Matris in omnes creaturas dominium sortitæ, & imperium, quia Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quam eandem. Et notes velim, quod antea præmiserat: *Nec à dominatione, vel potentia Filij*
Ma-

Mater potest esse seiuncta. At Dominatio Filij imperialis quidem, ergo & Matris. Præterquam quod Virgo Deipara apud cap. 1. Lucæ hæc attexit: *Fecit mihi magna, qui potens est.* At in generali concessione, & vniuersali priuilegio omne fauorabile absolutè includitur, & nihil, quod fauorabile sit, exclusum extat: *l. Julianus, ff. de legat. 3. l. 1. §. Et quod autem, ff. de aleatoribus, l. fin §. Vxori, ff. de auro, & argento legato, l. à procuratore, C. de mandat. Paris. consil. 53. num. 21. volum. 2. Decius in l. omnia num. 1. ff. si certum petatur. Couarruu. lib. 1. variar. cap. 13. num. 2. Farinac. lib. 1. consil. 45. num. 7.* ergo & id reuerà (quippè quod fauorabile) in prædicta generali concessione inclusum existet, scilicet, quod sit Magna Mater Mundi Monarcha, & Imperatrix. Addas, quod prædicta regula tantam certitudinem in se ipsa sortitur, vt comprehendat nō solum casus inimaginatos, & extraordinarios, sed & omnia, quæ in genere, vel in specie possunt dici, vel imaginari in fauorem personæ, quæ tali concessione fruitur, cui tale priuilegium concessum est. *Corneus consil. 46. num. 3. volum. 3.*

lum. 3. Craueta consil. 294. num. 2. vers. Sed adhuc magis in terminis, & consil. 206. num. 6. Nata consil. 225. num. 23. Franciscus Herculanus in tract. de negat. sub num. 84. & etiam comprehendit, quæ speciali nota sunt digna. Aymon consil. 294. num. 2. vers. Sed magis in terminis. Zephalus consil. 36. num. 10. & sequētib; & consil. 92. num. 10. & sequētib;. Roland. consil. 54. num. 44. volum. 3. Igitur Iy Fecit mihi magna, ut potè redolēs, in iō & exprimens generalem concessionem in ordine ad Virginem Deiparam, comprehendet id, nēpè quod Imperatrix Mundi, atque Monarcha existat. Etsi generalis cōcessio, & privilegium vniuersale comprehendit ea, quæ speciali nota sunt digna, & nuperrimè dictum etiā comprehendet.

16 Septimum. Nam Dionysius Carthusianus lib. 1. de Laudib. Virgin. hæc in verba solutus est: Sicut Christum decuit omni perfectione natura, & gratiæ in termino excellentissimo præfulgere, propter unionem hypostatīcam: sic etiam Mariam, quia post illum nō est alia tam vicina unio, quam Matris Dei cum Deo

Deo suo. Unionem eiusmodi commōstrauit, & pulchrè, D. Bernardinus Senēsis *Serm. 1. de Natiuit. Mariae* inquit: *Virgo fuit vicinissima Filio Dei per carnis identitatē, quia eadem caro, quae fuit Virginis Matris, fuit caro Filij Dei.* At qui Christus Dominus imperium, & dominium in omnes creaturas fertitus; ergo & Maria Augusta, Mater eius, & profecto Dignissima. Notes, quod Deipara nuncupatur *Domina*. At istuc Verbum *Domina* exprimit dominium non particulare; sed *uniuersale*: ergo & *Regale*, & *Imperiale* comprehendet dominium. Nam *verba generaliter prolata referuntur ad omnia*; imò & *ad omne tempus*, l. *si ita fuerit* 9. ff. *de legat. 3.* Pergas. Ly *Domina*, vt *Imperiale* exprimit dominium adhuc manet in esse indefiniti: ergo *ad omnia* etiam referendum: *Verba enim indefinita referuntur ad omnia*, l. *quidam*, ff. *de tritico, vino. glos. final. in l. fin. C. de hered. delatione*; ergo ad Cœlum, terram, Angelos, homines, creaturas omnes, ad mundum totū sub ly *omnia* contentum, re ipsa extendendum veniet. Ergo Sacra Deipara est Mundi

Imperatrix. Addiderim, quod Cœlestis Sponsus de se ipso ait: *Ego flos campi, & liliū cōuallium Cant. 2.* Et quid de Maria? Ipse statim subiicit: *Sicut liliū inter spinas, sic amica mea (vbi LXX. proxima mea) inter filias Cant. 2.* Videas Filium, & Matrem æquè liliū dici. Cur id? Quia ad Filij dignitatem maxime spectat, & liliū esse, & Matrem liliū habere, quod reuerà scitè adnotauit Origenes *Homil. 3. in Cant.* hæc diffundens: *Cum flos fuisset in Campo, nullum dicit ex ipso campo florem ad imitationem sui, & similitudinem procesisse. Vbi verò factus est in conuallibus liliū, continuò etiam efficitur Proxima sua, Sponsi videlicet eius imitatione, liliū, ut opere pretium fuerit, quoniam ipse effectus est liliū, ut etiam Proxima sua, quæ ei appropinquat, & exemplum illius, imitationemque sectatur, liliū fiat: At qui Sponsus ipse est quidem Imperator totius mundi: ergo & proxima sua totius mūdi existet Imperatrix: quipè quæ appropinquet eidem. Addas etiam, quod Verricus Abbas *Serm. 2. de Annūciat.* inquit: *Si ergo petra Christus, ut ait Aposto-**

lus,

lus, non degenerat à Matre Filius, quando & ipsa petra nomine censetur. Ad rem meam. Si ergo Imperator totius mundi Christus, non degenerat à Matre Filius, quando & ipsa totius mūdi Imperatricis nomine censetur. Ad das denique, quod D. Bernardinus Senensis tom. 4. Serm. 13. artic. 2. cap. 3. per alas Mariæ datas Apocalyps. 12. signatè intelligit auctoritatem Imperatricis, generositatem Genitricis: ergo præfata Imperatricis auctoritas adeò ampla existet in Virgine, vt ad cuncta supra dicta se se extendat.

SECTIO III.

Alia denuò contexta pro suadenda Assertionem ipsissima.

17 **P**Rædicta assertio suadetur primò. Nā Virgo Deipara decātur *Electa*, vt *Sol*, Cant. 6. A quo electa? Nimirum à Trinitate. Richardus à S. Laurentio lib. 7. id bellè docuit, sic inquit: *Ideò dicitur electa vt Sol, quia sicut Sol ad hoc factus est, vt illuminet*

E

totam

totum mundum, sic Maria ad hoc facta est à Deo Trinitate, ut misericordiam, veniã, gratiam, & gloriam, quasi lumen à Deo impetret toti mūdo. Ad quid verò à Deo Trinitate singulariter apposuit Richardus? Argutissimè respondet Antistes Pacensis in suo Volumine, cui titulus *Maria Effigies Academ. 4. sect. 1. f. l. mihi 75. num. 3.* ita inquit: *Forsan, quia electio predestinatio est: predestinatio autem, si Paulum consulas, conformitatem ad imaginem Filium Dei intendit, & exequitur. Quos presciuit, & predestinavit conformes fieri imaginis Filij Dei ad Rom. 8. Maria autem electio non solum ad conformitatem cum Filio, si lucubratus consideres, tetendit; sed etiam ad conformitatem aliqualem cum Patre, quippe cui non solum adest adoptiva Filiatio per gratiam habitualem, quæ ad Primogeniti spiritualement evahit affinitatem; sed & Maternitas contigit. Nec dubites, si à Patre omnis Paternitas exemplariter derivatur, quæ in Cœlo, & in terra est, Deiparæ Maternitatem ab illo non solum derivari; sed & quasi resculpi, & adumbrari, cum utriusque cõ-*

munis

munis Filius, *foecunditas virginea parilis. Altissimi virtus non similis; sed eadem.* Cum ergo Pater Aeternus in omnes creaturas, in totum mundum sortiatur imperium, fit consequens, ut imperium eiusmodi deriuatum sit in Mariam, Filiam illiusmet, atque Dignissimam, atque adeò participatiuè in ea eluceat, & existat. Præterquam quod Frânciscus Mayo apud Cerdam *Academ. 4. cit. n. 4.* ait: *Dei para suam vim illuminatiuam immediatè sumit à Personis Altissima Trinitatis:* quasi illuminationis iubar per spirituales Angelorum calliculos, sicut apud Angelos solemne, inferiores à superioribus illuminationis aucupari commercium, Virgini non corruetur Augustissimæ: ergo & Imperij iubar in præfatis Personis pulcherrimi, & suauissimi, non per spirituales Angelorum calliculos erit vlllo modo corruatum Virgini Deiparæ, ac per consequens tale iubar ab eisdem *immediatè* sumet: ergo irrepet in omnes creaturas, in mundum totum. Ergo Imperatrix, & Monarcha mūdi Sacra Deipara. Addas, quod Maria Augusta est profectò Imperatrix Cæ-

li: ergo & mundi. Nam concessio quod est plus, videtur concessum quod est minus, §. Cum ergo Instit. quibus causis manumittere.

i8 Secundò. Quoniam Sacra Virgo Maria verè, ac propriè dicitur, & est Mater Dei, l. reddentes honorem, C. de Summa Trinitate, ibi: Idem ipse, & in ultimis diebus descendens de Cœlis incarnatus est de Spiritu Sancto, & ex Sancta, atquè gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria homo factus Dominus noster Iesus Christus, propriè, & verè Deus est, & Sanctam, atquè gloriosam Virginem Mariã propriè, & verè Dei Matrem esse dicimus. Ergo sortietur omne id, quod proprium, & cõueniens sit titulo tam purò, & nobili. At proprium vocatur peculiare, perpetuum, & conuenienter attributum, vel adscriptum rei, vel persona, Simon Schard. in Legic. Iuris fol. mihi 761. colum. 2. l. Quintus Mutius, ff. ad l. Aquil. l. sed si meum. Ergo cum id nimirum, quod est, Augustam Virginem tali dignitate Imperiali fore præditam, sit quid peculiare, & conuenienter ei attributũ, sit consequens, vt se habeat, vt proprium respecta illius: ergo dig-

dignitate eiusmodi orbata minimè Sacra
Deipara. Fuit ergo, & est Mundi Monarcha,
& Imperatrix.

19 Tertiò. Quia Præceptor Angelicus 3.
part. quest. 33. art. 1. adstruit, Annunciationem
non in aliud tetendisse profecto, quam in cõ-
sensum Virginis prælibandum, sub his verbis:
*Annunciatio enim ad hoc solum necessaria es-
se videbatur, ut Virginis consensus haberetur.*
Si naturalis generatio Unigeniti apud Patrẽ
electionem omnem antevolat, qua de causa
nunc ad generationem illiusmet exquisitur
consensus? Occurrit, & bellè, Antistes Pacen-
sis *Academ. 15. sect. 6. fol. mihi 250. num. 51.*
in verba eiusmodi solutus: *Profectò, ut omni-
bus modis Unigenitus iste nasceretur, & ex
natura absque arbitrio, & ex utero cum con-
sensu. O amor artifex! O irrequiete fabrica-
tor, amorum! Necessaria generatio Superi Ge-
nitoris munus non est, quia libera non est; non
illam beneficium edidit; sed natura gratuita
generationis adinuenit ingenium, ut nec gign-
neret Mater, nisi lubens, nec Pater offerret pig-
nus, nisi volens. Si ergo Pater Virgini, ut potè*

consensum præbenti, tantum pignus obtulit, denegaret nè ipsi, quod inferius est, nempe, quod præfata dignitate Imperiali, & Monarchica gauisa foret? Apage. Præterquam quod idem Angelicus Doctor consensus prædicti causam intexuit, in hæc verba: *Vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter Filium Dei, & humanam naturã. Et ideo per Annunciationem expectabatur consensus Virginis loco totius humanæ naturæ.* Maria Augusta præbuit consensum loco totius humanæ naturæ: ergo & totius vniuersi, prout in ea elucet. Quod reuera patet. Nam Deus ex hoc, quod incarnatus est, non solum communicauit se *tali creaturæ; sed & creaturæ.* Audias velim Eminentissimum Cardinalem Caietanum, qui in *Commentarijs ad artic. 1. quest. 1. 3. part. D. Thom. §. In tertia consequentia* hæc vnã cum ratione fundamentali diffundit, sic se habentia: *Tam excellentissimus est amor summi boni erga creaturam, ut non sat fuerit illi communicare se secundum naturalem ordinem creaturæ, creando vniuersum: nec etiam sat fuerit eidem communicare se creaturæ se-*

cundum ordinem gratiæ, eleuando ipsam ad consortium diuinæ naturæ; sed ad id unum, quod reliquum erat, & inexcogitabile, eleuauit creaturam ad personalitatem, scilicet diuinam, quod ad tertium, & supremum modum communicandi se spectat: secundum siquidem hunc tertium modum cōmunicat se Deus creaturæ, non tribuendo illi similitudinem, aut donum aliquod creatum naturalis, vel supernaturalis ordinis; sed propriam personam secundum suam propriam subsistentiam, quam in se-met ipsa habet, communicat creaturæ, sicque sibi Deo, & creaturæ naturæ communem personam facit, ut creaturæ, hoc est homo, sit secundum rem Verbum Dei, quod est Deus. Hic proculdubio est summus modus, quo summum bonum communicare se potest creaturæ. Non est enim intelligibilis maior modus, quo possit communicari Deus creaturæ. Hoc autem modo, Deum communicasse se creaturæ, & non solum creaturæ tali, ex hoc, quod incarnatus est, ex eo patet, quod Incarnatio est eleuatio totius uniuersi in diuinam personam. Nam si pure spiritua-lis natura, ut est Angelica, assumpta fuisset,

crea-

creatura corporea eleuata non fuisset. Et simi-
 liter si cœlestis natura fuisset assumpta, sensiti-
 ua, vegetatiuaquè creatura non fuisset huius
 eleuationis particeps. Et similiter, si solâ cor-
 poream quamcunque naturam, aut vegetati-
 uam, aut sensitiuam assumpsisset, intellectualis
 natura eleuata non fuisset. Assumendo autem
 naturam humanam, quod significatur per In-
 carnationem, totius vniuersi natura eleuata
 est ad diuinam personam: ita quod Deus ve-
 rè creatura absolute se summo modo commu-
 nicauit, quia toti vniuerso se summo modo cõ-
 municauit, dum incarnatus est; Quia, ut in
 littera ex Augustino dicitur, sic omnia coeunt
 in vnâ personam, caro, anima intellectiua,
 & Verbum Dei. Hec enim ideò Auct̃or attu-
 lit ad probandam ultimam consequentiã, quia
 per hæc significatur totum vniuersum, ac per
 hoc communiõ Dei ad creaturam absolute.
 Habes ergo hinc potissimam rationem Incar-
 nationis ex bonitate diuina erga vniuersum,
 si potissima ratio est, quæ ex communissimo
 bono, utpotè maxime diuino, sumitur, quam
 Dominus docuit Ioan. 3. Sic Deus dilexit mũ-
 dum,

dum, ut *Filium suum Vnigenitum daret*. Cū ergo assumendo Deus naturam humanam, quod significatur per Incarnationem, totius vniuersi sit quidem eleuata natura ad diuinā personam, ita quod Deus verè *creatura* absolute se summo modo communicarit, quia toti vniuerso se summo modo communicauit, dum incarnatus est: & Virgo Deipara loco totius humanæ naturæ: & totius vniuersi *prout in illa* elucet, consensum præbuerit, sit planè, vt talis natura vnà cum toto vniuerso sit, ac fuerit eidem subiecta, & plenissimè: atque adeò in cuncta hæc dominium sanè sortita amplissimum: ergo *imperiale*.

20 Quartò. Nam Alexāder V. Summus Pontifex in *Tractatu de Immaculata Conceptione Virginis Deipara*, eam magnificè commēdat, atque inter alia hæc in prædicto tractatu subtexit: *Filius debet honorem exhibere Matri secundum legum decentiam, qui sua non derogat dignitati. Sed Dei Filius fuit Filius Virginis: ergo debebat sibi exhibere, vel saltem decens erat, vt omnem honorem suæ Matri exhiberet, qui sua non derogabat dig-*

nitati, cum ipsam sine originali fuisse concep-
tam non deroget honori Filij, cum adhuc in ip-
so sint alie gratie excellentiores; imo preten-
ditur honor Filij, quod sua Mater nunquam
fuit peccatrix; sed quod decens erat, quod istū
honorem à suo Filio recepisset, hoc est, quod di-
cit Beatus Hieronymus in Sermone de Assump-
tione Beate Mariæ. Non, inquit, est dubium,
quin totum ad gloriam, & laudē Christi per-
tineat, quidquid sua Genitrici impensum fuit,
ac solemniter exhibitum. Ex quo colligitur,
quod omnis honor impensus Matri, redundat
in Filium; & per consequens etiam omne vitu-
perium impensum Matri, redundat in Filium.
Igitur decens videtur, & honorabile, quod
Christi Mater non dicatur peccatrix. Hæc
Alexander V. Vir in diuinis (vt loquitur Tri-
themius) scripturis eruditissimus, & in Phi-
losophia Scholastica magnifice doctus, decla-
mator Sermonū celeberrimus, qui olim in Gym-
nasio Parisensi publicè Scholæ præfuit, & do-
cendo, ac scribendo magnas, & ingentes lau-
des acquisuit. Sed ad rem meam Filius debet
honorem exhibere Matri secundum legum
de-

decentiam, qui dignitati non derogat suæ. At Dei Filius extitit Filius Virginis; ergo sibi exhibere debebat, vel erat saltem decens, ut omnem honorem suæ Matri exhiberet, qui suæ non derogabat dignitati. Nō derogat autem Filij honori, quod illa Imperatrix mundi, atque Monarcha existat. Imò honor Filij prætenditur, quod sua Mater nunquam sub alicuius creaturæ imperio extiterit, quin potius omnes creaturæ fuerint sub imperio constitutæ eiusdem. Decens erat, quod istum honorem a Filio recepisset suo. Non enim est dubiū (teste Hieronymo ubi supra) quin totum ad gloriam, & laudem Christi pertineat, quidquid suæ Genitrici impensum fuit, ac solemniter exhibitum. Ex quo colligitur, quod omnis honor impensus Matri redundat in Filium, & per consequens etiam omne vituperium impensum Matri redundat in Filium: ergo videretur decens & honorabile, quod Christi Mater dicatur Mundi Monarcha, & Imperatrix: quippè quæ re ipsa vtrumque sit fortita, ut ex supra cōtextis haud obscure patet, clarè liquet.

21 Quinto. Nam doctissimus Theologus, & disertissimus interpres Iacobus Perenzius de Valentia, qui sub Sixto IV. floruit, super Magnificat hæc scribit: *Christus tenebatur de debito, & debuit præservare Virginem Matrem suam à tali culpa per talem sanctificationem, & decorare causa talis dignitatis. Ista conclusio probatur. Primò, in quantum Filius, & Sanctus Sanctorum. Nam ad Filium Sanctum pertinet de debito; inò obligatur in quantum potest, & decens est, decorare, & honorare Matrem suam. Sed Christus est verus Filius naturalis, & carnalis Virginis Mariae, ut dictum est, & dicitur, ergo tenebatur, & obligabatur honorare eam tali honore, & dignitate, postquam potuit, & fuit decens, ut dictum est, quia aliter non decenter honorasset Matrem secundum decentiam suam. Item hoc idem pertinebat ad Christum, in quantum Sanctus Sanctorum, &c. Item hoc idem debuit facere Christus, tanquam Legislator. Nam ipse, qui dederat legem de honore parentum, debuit illam legem observare, sicut in cæteris observavit, qui in omnibus primò capit facere, & postea*

do-

docere, ut patet Actuum 1. & Luca 11. ergo sicut honoravit Matrem in seruanda obedientia, ita magis debuit eam venerari ab omni labe preseruando, & omni gratia decorando in principio sui esse. Ad rem meam sic: Christus tenebatur de debito, & debuit decorare Virginem Matrem suam cuiusmodi dignitate Imperiali & Monarchica, causa talis dignitatis. Primò in quantum Filius, & Sanctus Sanctorum. Nam ad Filium Sanctum de debito pertinet, imò obligatur in quatum potest, ac decens est, decorare, & Matrem honore afficere suam. At qui Christus est verus Filius naturalis, & carnalis Virginis Mariæ: ergo tenebatur, & obligabatur honorare eam tali honore, & dignitate, postquam potuit, & fuit decens: quia aliter nõ decenter honorasset Matrem secundum decentiam suam. Item hoc idem pertinebat ad Christum, in quantum Sanctus Sanctorum: atque adeò pertinebat ad illummet, in quantum Sanctus Sanctorum est, Matrem suam, Sanctam Sanctarum, prædicto honore, & dignitate afficere. Item hoc idem debuit facere Christus, tanquam Legislator.

Nam ipse, qui dederat legem de honore parentum, debuit illam legem obseruare, sicut in cæteris obseruauit, qui in omnibus primò caput facere, & postea docere: ergo sicut honorauit Matrem in seruanda obedientia, ita debuit eam honorare, decorando ipsam nec dignitate prædicta.

22 Notes, quod Princeps, dum fiduciario impertit hunc, vel illum titulum, aut beneficiũ, visum est, simul ei impertiri omnes qualitates necessarias, *l. quidam consulebat, ff. de re iudicat. l. 2. ff. de iurisdictione omnium Iudic. Et non solum necessarias, atque essentiales; sed etiam honorificas, atque decentes tali statui, l. vnic. §. Sed Et si quis homini libero. C. de latin. libertate tollend. l. 1. C. de domestic. Et protector. lib. 12. Tiraquel. de Nobilit. cap. 6. num. 9. vsque ad 13. apud I. C. de la Cueva in Re Conceptionis sacre Deiparæ fol. 4. ergo cum dignitas Matris *physica*, seu virtus illa supernaturalis, qua Virgo Augusta fuit supernaturaliter eleuata ad generandum hominẽ Deum, fuerit quidem infusa eidem Virgini in primo suæ Cõceptionis instanti, teste N. Exi-*

mio Doctore Saavedra in suo Volumine, cui titulus *Sacra Deipara disput. 6. fol. mihi 255. num. 200. §. Existimo tamen*, fit consequens, vt omnia honorifica, & tantæ dignitati decētia, fuerint in eo instanti ipsimet collata; ergo & id (vtpotè honorificum) nempe, quod Imperatrix mundi, atquè Monarcha existeret. Quo fit, vt *tunc* in omnes creaturas dominium, & imperium sortita foret. Cui subscribit doctus Salazarius *de Concept. cap. 32. n. 63.* siquidem, vt probet, Virginem cōceptam fuisse in gloria (cui, & libentissimè adhæreo) vtitur hac ratione, desumpta ex eo quod in primo Conceptionis instanti debuit Virgo Deipara cognoscere sui Regni amplitudinē, & imperij in omnes creaturas.

- 23 - Notes etiam, quod apud D. Brigittam hæc ex ore Christi attextuntur: *Mater mea in Regno principaliter, & tanquam Mater, Regina, & Domina potest dispensare in legibus à me latis, cum iusta intercesserit causa,* teste P. M. Fr. Nicolao Brauo Cisterciensi in *Maniali, Salut. 44. pag. 277.* At *ly Domina* quid *indefinitum* sanè est: atque adeo vniuersalem

salem constituit sensum: ergo dicit in se ne-
 dum Regium; sed & Imperiale dominium:
 ergo extendetur (utpotè *Virgo Coeli, & ter-
 ræ Regina, & Domina*) ad Angelos, & homi-
 nes: ergo & ad totum mundum, quippè qui
 vniuersum genus humanum sit, ut docet D.
 Augustinus in lib. *Enchiridij cap. 25. apud
 tom. 3.* ita inquit: *Per unum hominem peccat-
 um intravit in mundum, & per peccatum
 mors: & ita in omnes homines pertransiit, in
 quo omnes peccauerunt* (excepto Christo, &
 eius Matre) *Mundum quippè appellavit eo
 loco Apostolus vniuersum genus humanum.*
 Igitur Deipara Mūdi Imperatrix reuerà exi-
 stit. Quod verò illud, quod *indefinitum* est,
 vniuersalem sensum constituat ex eo patet,
 quia hæc propositio *Macula non est in te*, ut-
 potè *indefinita*, vniuersalem exprimit sen-
 sum: & sic nullum tempus determinatè dicit
 in Virgine. Quo fit, ut omne includat, & am-
 plexetur tempus, teste I. C. de la Cueva fol. 9.
 ait enim ibi: *Macula non est in te, idest, nulla
 macula potest in te reperiri, glos. & Fulgosius
 in l. jurisgentium, §. Sed si fraudandi, ff. de
 pactis.*

pactis. Bartol. in l. si pluribus, num. 4. ff. de legat. 2. Aymon Crauet. consil. 809. n. 4. & 5. Atque ita non est tempus, nec eventus, nec punctus, qui offerri possit imaginationi, cui non correspondeat, eumque amplectetur, habilitet, & faciat perfectissimum modus iste loquendi nulla macula est in te.

24 Notes insuper, quod Mater, & Filius censentur una persona, Baldus consil. 40. n. 2. volum. 3. C. ultim. de coniugijs infidel. l. final. C. de Impuber. & alijs subst. glos. in cap. studeat verb. sui § 4. & in cap. super eo de testibus, & in cap. tibi domino verb. iunare in fine 63. distinct. 1. Imò & natura Matris non potest à Filio separari, l. cura sanguin. ff. de regul. iur. Ergo Maria Augusta, & eius Filius censeantur etiam una persona, saltem moraliter, necessum est igitur Regia, ac Imperialis dignitas nedum in Filio, sed & in Matre existet. At Filius Imperator mundi, ergo eius Mater mundi Imperatrix.

25 Notes denique, quod apud Estherem 15. dicitur: Non enim pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est. Græcus habet: Communi-

ne est hoc praeceptum nostrum, vel commune nobis, quod optimè Serarius explicat ibi quæst. 9. sub his verbis: *Nobis commune est, tam est tuum, quàm meum praeceptum, regnum nobis commune est, meae leges tuae sunt, ideoque earum poena non teneris.* Quasi Esther Sponsæ titulo & vnà Diadematis particeps, Legislatoris Regis Conlegislatrix diceretur quodammodo. Athenæus *Dipnos.* 13. cap. 23. de Demetrio allocutus ait: *Demetrius Rex successionis extremus Myrinam amicam habebat Samiam, atque diademate excepto, totius Imperij communem habebat auctoritatem.* Et hoc, tametsi non vxor; sed amica solum. *Quid ni ergo Estheri non amica; sed uxori legitima, & primaria* (scribit Eruditus Pintus Ramirez de *Concept. Antholog.* 5. §. 7. num. 306.) ideoque, ut ex scriptura constat, diadematis participi, etiam cum communi Imperij auctoritate, legislatio quodammodo communis tribuatur? Et num. 307. *Fuit Maria, ut in examine dixi, ante omnes creaturas electa, omnium post Christum primogenita, scilicet, ut esset Sponsa Dei, Verbi Mater, &c. Si ergo talis fuit Ma-*

ria

ria (num. 308.) suo etiam s. le Conlegislatrix Dei potest appellari; non quod cum Deo decerneret, absit; sed, quod Sponsa titulo ad Imperiū (quantum creatura apud Creatorem fert conditio) quodammodo equale, assumpta. Igitur Virgo Deipara Dignitate Imperiali nuper dicta, præfulget. Præterquam quod in l. fœmina, ff. de Senatoribus, l. cum se, & l. ultima, C. de Incolis, lib. 10. hæc extant: *Mulieres honore Maritorum erigimus, & genere nobilitamus, l. mulieres, C. de dignitatibus lib. 12. §. Hæc ita, ibi: Decet enim eas coniugis frui claritate, Auth. de Consulib. glos. in cap. ubicumque, verb. Masculinam, de pœnis lib. 6. Bartol. in l. 1. col. 7. vers. Examinemus, C. de dignitatibus lib. 12. Paulus de Castro, & Iasonius in l. ultim. C. de verbor. significat. Bald. in l. cū quedam, col. 2. ff. de iur. omn. Iudic. Panormitanus in cap. super eo 2. col. 1. de testibus. At qui Sponsus Virginis Deiparæ Imperium, & dominium in omnes creaturas sortitus, ergo & illa; quippè quæ Sponsa, & Dignissima eiusdem.*

26 Imò & notes denique, quod Lampri-

dus de Alexandro illo Romano Imperatore hæc in eius vita intexuit: *Cum puer ad Imperium peruenisset, fecit cuncta cum Matre, ut & illa videretur pariter imperare.* Ergo cum Maria Augustissima Dignitati Maternitatis diuinæ sacrum purissimi cōnubij vinculum addiderit, fit consequens, vt imperio, quo fruitur in omnes creaturas *Spōsus Deus* fruatur & illa, Dignissima eius *Spōsa*. Præterquam quod D. Thomas Valentinus *Concion. 2. de Natiuit. Virgin.* exclamat sic: *O miram puellam sui Creatoris Matrem! Vt fœmina habeat cum Deo communem Filium, cui dicat, vt Pater, Filius meus es tu, & sit puella Mater eius, cuius Deus Pater est. Sedet Filius ad dexterã Patris, sedet Mater ad dexteram Filij, mutuòquè communem Filium beatis oculis medium conspiciunt, &c.* Stupet de sua gloria, neque suam valet ipsa comprehendere celsitudinem. Eo enim ipso, quod Mater Creatoris effecta est, omnium creaturarum iure optimo *Domina, Reginaque constituta est.* Si *Domina* omnium creaturarum *Sacra Dei* para, eo ipso, quod Mater Creatoris effecta, fit,

fit, ut ea Imperiali dominio in omnes creaturas sit quidem gauisa. Addas, quod Illustrissimus, necnon & Doctissimus Antistites Caramuel in suo Volumine, cui titulus *Maria Liber*, §. 46. pag. 32. hæc inter alia conscripta offert: *Es Superior? Adest Regina, cuius vita, & authoritas omnes Principes, & Monarchas erudit.* Ergo nedum Regia; sed & Imperialis eius auctoritas, & §. 58. pag. 41. sine, ait: *Nam in illa relucet Deus, quæ Auctor nature, in illa relucet, quæ Auctor gratiæ. Nam si dona naturalia contemplor, Maria omnium creaturarum Princeps est, & si gratias supernaturales, Imperatrix.* Maria Deipara omnium creaturarum Princeps, ergo eius Principatus Supremus erit: ergo Imperialis. Præterquam quod, ut constat ex l. *Aurelianus*, §. *Titius*, ff. de liberat. legata: *Præsumptio propter naturalem affectum facit omnia Patri videri concessa*; ergo Mariæ Augustæ, ut Matri Dei, præsumptio, etiam propter naturalem affectum, concessa videri omnia, efficiet: ergo & id nimirum, quod sit Imperatrix, & Monarcha mundi.

27 Sexto. Quia Seraphicus Doctor in *Speculo lect. 8.* apud P. Quintanadueñas de *Nomine Maria cap. 3. pag. 341.* hæc diffundit: *Maria interpretatur Domina. Hoc competit tãta Imperatrici, quæ reuerà Domina est cœlestium, terrestrium, & infernorum. Domina, inquam, Angelorum, Domina hominum, & Domina Dæmonũ.* Dignissima Mater Dei Domina Dæmonũ profectò existit: ergo putare nefas, vnquam à Dæmone triumphatã, vnquam ei subiectã: ergo nec in primo Conceptionis instanti: quippè eius dominium in Angelos, scilicet, homines, & Dæmones nedum Regium, sed & imperiale sit.

28 Notes, quod Imperatrix eiusmodi cœlesti triumphatori apparatus ministravit, & pompam vtero in suo, tanquam in pompatico, ac Imperiali curru: ergo est reuerà *Imperatrix* ignorans lapsum, vel leuissimum; imò & ab eo prorsus immunis *immunitate*, quæ sit *preseruatua*, teste Valentino Antistite Cõcion. i. de *Assumpt. Virg.* in hæc verba, & pulchrè, soluto: *Considera à principio seculi, & discurre per omnes Filios Adam, nihil stabi-*
lius;

lius, nihil firmitus hac Sacra Virgine reperies. Turris fundata supra firmam petram in mō-
tibus sanctis, immobili fundamento, siquidem
Deus in medio eius non commovebitur. Imò
incorruptus flos. Imò intemeratissima, imma-
culatissima, & purissima : teste Geometra
Hym. 2. ibi.

Salve ò Regnatrix, cuius purissima radix
Stirps charitū triplex, atque sata à Triade.
Quæ versans Pintus Ramirez Antholog. 4. §.
3. num. 243. ait sic : Salve, ò Regina intemera-
tissima, à radice germen produisti gratiarum
triplex à triplici. Pergit ipse. Istud à triplici
optimè per Trinitatem explicavit vulgatus,
attendens ad pijsissimi Geometre mentem. Ori-
tur itaque Maria germen charitum, siue gra-
tiarum; sed à radice omninò purissima, & in-
temeratissima, & cum allusione ad tres Cha-
rites, seu Grantias, quas prisci celebrabant, à
tribus Trinitatis Personis immaculatissime
plantata celebratur. Nequè solum campestre
germen à radice purissima voluit Geometra
celebrare Mariam, ut dictum nobis campestrē
florem ederet condignè; sed & ipsam Mariam
flo-

florem undique incorruptum appellavit sub-
dens: Salve flos syncerissime, benè olēs vtrin-
que, dotibus manifestis, dotibus occultis. Syn-
cerissimus flos, & incorruptissimus, numquam
aut intus, aut foris odorem amisit, occulta eius
Spiritus intemeritas pari passu currit cum ma-
nifesta corporis virginitate: nec aliter tam de-
center germen gratiarum, tot nobis illa gra-
tias germinaret. Imò eius corpus formatum in
splendido cœlo, vt docet idē Geometra Hym.
3. sub his verbis.

*Salve corpus formatum in splendido cœlo,
Nostræ iniquitatis nihil contrahens.*

Quasi sic pura caro formari in cœlo visa, vt
Filiū talem pareret, nequè talis reuerà fo-
ret, si quid iniquitatis nostræ contraxisset, te-
ste Pinto Ramirezio *Antholog.* 3. §. 5. nu. 144.
Imò *Cœlestis*: vt ex D. Bernardo haud obscu-
rè venit deprehendendum, siquidem versans
illud *Apocalyp.* 12. *Mulier amicta Sole*, in ver-
ba prorumpit eiusmodi: *Iure Maria Sole per-
hibetur amicta, quæ profundissimam Diuinæ
Sapientie, ultra quam credi valeat, penetra-
uit abyssum, vt quātum sine personali vnione*
crea-

creatura conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa. Quod verò Cœlestis sit Virgo Deipara, constat ex Pontifice Iulio II. siquidem in cap. 4. Regula Monialium Conceptionis hæc scribit: Pallium sit Hyacintini coloris, propter mysticam significationem, quia scilicet gloriosa Virgo à creatione sua, tota sancta fuit, cœlestis, & singularis Æterni Regis Thalamus. Ly Sancta (id obiter) innuit, fuisse Virginem Deiparam prorsus intactam, incorruptam prorsus: Quia Sanctum ab antiquis dicebatur, quod prorsus intactum erat. Item plerumque, quod incorruptum. Alciat. lib. 2. Parent. cap. 4. Spiegel. in Lexic. iur. verb. Sanctum. Imò & tota, velut ab igne ferrum, ab Spiritu Sancto decocta, tota ignita, ita vt in ea Spiritus Sancti flamma videretur, nec sentiatur, nisi solum modo ignis amoris Dei in ipsamet, teste Ildephonso Serm. 1. de Assumpt. Virg. sic aiente: Beatam Mariam, velut ignis ferrum Spiritus Sanctus totam decoxit, incanduit, & igniuit, ita vt in ea Spiritus Sancti flamma videretur, nec sentiatur, nisi tantum ignis amoris Dei. Audias nunc: Appara-

tur currus rapiendo Eliæ in cœlum: *Ecce currus igneus, & equi ignei* 4. Reg. 2. Non profectò e terra; sed e cœlo ipso desumpta massa ignea, materia gēmea, apparatus pyropicus: qui nimirum concameratur in tectum desuper, assurgit in latera, detruditur in ascēsus, striatur in columnas, in reclinatorium durefcit, mollescit in habenas, protenditur in remonem: hinc sphærizatur in totas. Parum id reuertà! Animatur in equos, nunc ad labia cādescētes in spumas, nunc ad nares fumanter in hinnitus. At cur, rogo, non in sella, cur non in throno, cur molli in lectulo non defertur Elias? Necessariò nē currus apparādus? Ita planè. Et currus, cuius massa ignea è cœlo ipso desumpta, atque adeò *Cœlestis*, materia gemmea, atque adeò *pretiosa*: apparatus pyropicus; & singulari proinde æstimatione affectus. Quà in columnas striatur, *firmitudinem* ostentans, quà in reclinatorium durefcit, *stabilis*, & consequenter à lapsu vel minimo profusus expers, quà *pulcherrimus* à macula & omninò, immunis, quà *igneus* in corruptionem vndequaque exprimens, vndequa-

que

que commonstrans, & indigitas. Qua de cau-
 fatotum id in Eliæ curru existit, elucet? Ni-
 mirum, quia Elias in curru eiusmodi ascen-
 debat triūphator. Audiendus D. Chrysosto-
 mus *Homil. de Ascens. Elia*, ita scribens:
Apud quosdam veteres Reges moris erat, ut
siquis fortiter pro Rege fecisset in bello, &
corpus, & animam periculis obijcere non ti-
muisset, curru, atquē alijs Regijs insignibus de-
coraretur. Igitur Reges terreni, atquē morta-
les, ita sibi deuotissimos remunerare consueue-
runt, quanto magis Omnipotens Deus Rex
Regum, & Dominus Dominorum est, Eliam
suam tota se corporis, & anima deuotione ze-
lantem, post multorum laborum sudores, &c.
igneo curru, pulchro, stabili, incorrupto, &
cœlesti, atquē equis flammantibus impositum
triumphale gloria præfulgentem ad
sua Regna voluit peruenire:
 ergo, &c.

SECTIO IV.

*Quòd mundi sit Monarcha, & Imperatrix,
valdè decens Sacra Deipara.*

29 **N**Otandum primò venit, quod D. Bernardinus Senensis tom. 1. Serm. 61. art. 2. cap. 4. hæc in verba prorumpit: *Ceritudinaliter tenendum est, quod Maria est super omnes ordines Angelorum, tâquam per se implens, & continens unum integrum, actotalem statum, cui secundum rectam rationem altera persona congrue non potest addi, quia ipse status ex sui ratione, propter dignitatem incommunicabilem, exigit unitatem: sicut enim nullatenus decet, plures esse Christos, nec Deum plures homines esse, sic nullo modo decet Dei Filium, nisi unam Matrem naturalẽ habere. Ergo Virgini Augustæ, quæ super omnes Angelorum ordines existit, imò & per se ipsam implet, ac continet vnum integrũ, atquẽ totalem statum, & cui, secundam rectam rationem, altera persona nequit cõgruẽ addi,*

addi, decens, & valdè, vt dignitate eiusmodi Imperiali, & Monarchica minimè sit orbata. Et articul. 1. cap. 9. ait: *Quidquid nobilitatis, quidquid diuinitatis, & quidquid aternitatis est, totum in orbe diffusum est, & productiù per Virginem.* Igitur ei valdè decens, vt huiusce orbis existat Monarcha, & Imperatrix. Addit ipse: *Nec Virgini Magnum est, quod perfectionibus orbis ultimam perfectionè adduxit, cum & ipsi vniuersitatis auctori nonnullas perfectiones adduxerit, puta aeterno principio inceptiois exordium, aternitati diuina temporalem periodum, infinitati immensa quantitatem corpoream, speciei aeterna pulchritudinem nouã.* Pro quibus omnibus scriptum est, *omnis consummationis vidi finem, qui scilicet est Beata Virgo Maria.* Quidquid nobilitatis, quidquid diuinitatis, quidquid aternitatis est, totum in orbe diffusum est, & productum per Virginem, ergo summo pete decens, vt Sacra Deipara sit orbis Monarcha, & Imperatrix. Pergitur. Perfectionibus orbis ultimam perfectionem addixit Dignissima Mater Dei; imò & nonnullas perfectiones ipsi

Vniuersitatis Auctori: ac deniquè omnis cōsumationis existit finis: ergo huicce fini valdè decens, vt dignitate prædicta, Imperiali scilicet, & Monarchica, gaudeat.

30 Secundò notandum est, quod Sera-
phicus Doctor versans illud 3. Reg. cap. 10.
Non est factum tale opus in vniuersis Regnis,
hæc in Speculo Virg. lect. 7. propè finem, atte-
xuit: *Antonomastice opus Domini mirabile est*
Maria, de quo dicitur in Ecclesiastico: *Vas*
admirabile opus excelsi: verè opus mirabile,
quia numquam inuenitur simile. Vnde de hoc
dicitur: *Non est factum tale opus in vniuersis*
Regnis, non utique in Regno cœlestium, non in
Regno terrestrium, non in Regno infernorum,
quia nullum tale opus in Cœlo, nullum tale in
mundo, nullum tale in lybo fuit. Nam præ-
ter assumptam à Verbo naturam, nullum est
opus, nulla est creatura, in qua tanta diuina
gloria materia reluceat. Imò addit Senensis
Doctor vbi supra, non solum non fuisse factū
tale opus in Reguo cœlestium, terrestrium,
& infernorum; sed nec faciendum in posterū,
nec posse fieri: *Omnes enim naturas (ait) &*
mundi

mundi perfectiones ultima sua perfectione Virgo sacra complevit. Omnibus enim generibus rerum summam, & ultimam perfectionem adduxit, quia haec benedicta puella tantam perfectionem attulit uniuerso, quod ulterioris perfectionis non est capax, nec Deus potest ordinaria potestate ipsum perficere ulteriori perfectione: ergo decens, &c. Et Serm. 61. cit. art. 3. cap. 3. versans illud Sapient. 7. Candor est lucis aeterna, inquit: Beata Virgo Maria refulsit candore Diuinalis Sapientia, cum ipsa fuerit candor lucis aeterna, speculum sine macula, & Imago bonitatis Dei. Igitur Huicce Imagini decens, & summopere, Candori lucis Aeterna, & Speculo sine macula, vt praedictam dignitatem Monarchicam, atque Imperialem sortita sit.

31 Tertiò notandum est, quod Guericus Serm. 1. de Assump. scribit sic: Veni electa mea. Parum est, vt iudicanti consideas, nisi & ipsa mihi sedes fias, vt maiestatem regnantis eò facilius, quò familiarius in te contineas, & specialius praeteris incomprehensibilem comprehendas. Continuisti paruulum in gremio,

continebis immensum in animo, fuisti diuerso-
 rium peregrinantis, eris palatium regnantis,
 fuisti tabernaculum pugnaturi in mundo, eris
 solium triumphantis in Cælo, fuisti thalamus
 Sponsi incarnati, eris thronus Regis coronati.
 O fili Dei! nihil Tibi in illo tuo displicuit
 hospitio, quod tam libenter reperit, tamquæ af-
 fluenter remunerat tua dignatio. Et Damia-
 nus Serm. de Assumpt. Virg. ait: Sublimis ista
 dies, & splendidiore sole refulgurans, in qua
 Virgo Regalis ad thronum Dei Patris euehi-
 tur, & in ipsius Trinitatis sede reposita, natu-
 ram etiam Angelicam sollicitat ad videndum.
 Decens igitur Deiparæ Virgini, vt dignitate
 eiusmodi minimè sit orbata: eiquè proinde,
 & summopere, decens, vt Imperium, & do-
 minium in omnes fortiatur creaturas. Addas,
 quòd Richardus lib. 9. de Laudib. Virgin. in
 hæc erumpit: Fons signatus sigillo videlicet
 illo, de quo dicebatur ei à tota Trinitate
 Cant. 8. Pone me, vt signaculum super cor
 tuum. Hoc autem signaculo impressus est ei
 decor diuine similitudinis expressius, quam
 alicui creature. Si enim tam illustri signaculo
 decor

decor similitudinis diuinæ impressus est Mariae Deiparæ, & expressius, quàm creaturæ alicui: istucquè signaculum Trinitatis sigillum est, ac proinde effigies, & similitudinis vibratus splendor totam in huiusce fontis symbolo excussis radijs describens Trinitatem, valde ei decens, vt Imperiali hac dignitate præfulgeat, & Monarchica. Addas etiam, quòd Isidorus Thesalonicensis Antistes *Orat. de Natiu. Virg.* hæc offert: *Satis enim fuit magnipotens, & natura sublimior puella unica ad decorem vniuersæ creaturæ. In ipsa enim sunt, vt loquar iuxta eximium Paulū, omnes thesauri sapientia, & scientia absconditi.* Decēs igitur huic puellæ, vnicæ ad vniuersæ creaturæ decorem, vt eiusdem creaturæ vniuersæ existat Imperatrix.

32 Quarto notandum est, quod Doctissimus Antistes Pacensis *Academ. 3. sect. 9. fol. mihi 74. num. 77.* hæc pulchra, & aurea scribit. *Hinc puto, ideò opus Incarnationis, maritaliaquè munera in utero virgineo, licet toti Trinitati communia sint, Spiritui Sancto attribui, vel ipso Angelo teste, qui ex superue-*

niente Spiritu Virginis animū sed auid. Quid
 cause? Meditor, quia Spiritus Sanctus Trini-
 tatis est complementum, & quidquid intraneis
 originibus diuinitatis fœcūda exuberat, qua-
 si in Spiritus Sancti littore collisis fluctibus
 retunditur, repercussisque emanationibus in-
 tra Spiritus Sancti processionem instagnat.
 Nec enim ultra progredi est, nec alia suppe-
 tit emanatio. Quare totius refluxus, totius-
 que diuinitatis exercitij Spiritum Sanctum
 stagnum dixerim, & esse in illo omnia gratia-
 rum charismata, & ex illo dispensari fluenta
 quæcumque à Patre, qui fons Deitatis est, &
 Filio, in quo Diuinitatis plenitudo ingi gur-
 gite refunduntur. Ideo, ut explicatiōni mani-
 festatione totam Trinitatis plenitudinem in
 Virginem superuenisse, nuntietur, Spiritum
 Sanctum superuenisse dignoscitur, nè si id de
 Patre, Filio uè exprimeretur, de ulteriori per-
 sona, saltem inspicens, an esset in Virgine, in-
 terrogaret. Si Spiritus in Virgine est, stagnum
 est, nihil charismatum deficit Trinitatis. Igi-
 tur, & Maria stagnum erit. Ibi Trinitatem
 quare, addisces. Igitur existit Trinitas in Vir-
 gine

gine Augustissima. Et à Dignitate Imperiali, & Monarchica supra dicta, alienam fore, adstrues, Deiparam? Apage. Ergo talis dignitas ei, & valde, decens. Addiderim, quod Nouarinus in *Vmbra Virginea lib. 4. Excurs. 13. fol. mihi 55. num. 178.* sic fatur: *Ferebatur in mundi primordio super aquas Spiritus Sanctus, ut aquam sanctificaret, iam tunc enim innuebat, aquarum ablutione, qua in Baptismo fit, omnium peccatorum maculas eluendas, & in novos homines ablutos peccatores renouandos. Idem & in Virgine adstruere possumus, supra cuius aquas fertur Spiritus Sanctus, dum eam obumbrat, in signum, quod toties mundi lauarium, ac quidam Baptismus per eam parandus erat, quo omnium hominum peccata abstergerentur, mundus sanctitate donaretur.* Valde ergo decens Virgini, ut mundi sit Monarcha, & Imperatrix.

33 Quinto notandum est, quod *Idiota lib. de Virgine Maria in Prologo* inclamat sic: *O homo quicumque es probationem vite ingressus, misericordia Domini nostri Iesu Christi indiges, sine qua saluari non potes. Accede*

igitur per deuotam mentis contemplationem ad Gloriosissimam Virginem Mariam Matrem eius, quia per ipsam, & in ipsa, & cum ipsa, & ab ipsa habet mundus, & habiturus est omne bonum. Quod ergo ab hac dignitate non sit sequestrata, Virgini Augustæ profectò valde decens. Addas, quod ipse Nouarinus *Excurs. 56. num. 551.* scribit sub hac forma: *Quid nobis Atlantem humeris coelum sustententem fabulosa Gentilitas obtrudat? Noster Atlas est Virgo, quæ verè, & absque ullo fabularum figmento, coelum, ac Vniuersum suarum orationum humeris sustinet, nè labatur.* Et inferius. *Nostra Virgo, quæ non purum hominem peperit, sed hominem, qui & Deus, mundi què Creator, & Conditor est, iustius non unius familiae firmamentum meretur dici, sed mundi totius, qui virgineo fundamento destitutus, facile rueret, & Mariæ firmamento viduus collaberetur.* Ergo decens, &c. Addiderim, quod Ioannes Geometra Hymno 2. ait: *Salve, ò regnatrix! Trias est tibi, stirpsque, caputque... Vnum è Triade, ò ter benedicta, parisi!* Quæ expendens Eruditus Celada in Rutham

tham in tract. Appendice fol. mihi 560. scribit sic: *Eccetibi Deipara est stirps charitum, seu gratiarum triplex, Regum scilicet, Sacerdotum, ac Prophetarum; sed etiam stirps illi est specialiter ipsa Trinitas: Et indè ipsa ter benedicta, unum è Triade parit. Quasi specialiter à tota Trinitate oriri debuerit, quæ à Trinitate unum peperit, nè ab augusta stirpe diuina stirps Christi humana degenerare videatur. Exinde consanguinea Trinitatis dicitur à Cornelio in Prouerb. 8 vers. 23. O Deipara stirps omni ex parte augustè generosa! Decens ergo, & valde, vt tali dignitate non sit quidem orbata Virgo Deipara.*

34. Sexto notandum est, quod Episcopus Caramuel §. 69. tit. *Maria Liber Musicus* pag. 48. diffundit hæc: *Non musica in sola reperitur Deipara; sed in sola perfectius, quam in alijs. Primò differt Mariana Musica magnitudine. Nam gratiæ (Prædestinationis nota sunt) in multis fuerunt fusa, semibreues, aut breues, in paucis lōgæ. Et in sola Deipara maxima. Deinde differt ipsa altitudine. Nā alij videntur reperere, Et Bassum, aut Tenorem cātare,*

tare. Altum alij intonare, discantum illi, quos merita euexere ad altiorem statum; at altissimam vocem solum personat, qui dixit, Fiat voluntas tua, & apud eum illa, qua dixit: Fiat mihi secundum verbum tuum. Postea differt constantia. In aula motibus oppositis excurrunt, qui dixerunt locum apud Principem habent, Vt, Re, Mi, Fa, Sol, La, cum attollitur Aulicus, inquit. La, Sol, Fa, Mi, Re, Vt, cum cadit, alter ait. At Maria nunquam cecidit, semper in summa gratia linea apud Deum, & homines perseueravit. Nitor, & dulcor humana Musices in dissonantiarum artificiosa proportione consistit. Omnia enim apud nos sunt immixta. Damnamus Cantum, ubi mera consonantia ponuntur. Nam lingua laesa nimius dulcor amarus est, & a virilapse nimia suauitas gratiam non habet. At in Mariana Musica omnia aliter. Illa inuenit gratiam apud Deum, & à prima vita sua puncto ad ultimum nullam commisit dissonantiã, in primo anhelitu omnes homines originariam dissonantiã contrahimus, & illa præuenta diuinitus incepit consonare, & viuere, quod ne-

mini

mini alij puro Homini concessum est, & in toto vite sua decursu, resolutione constantissima legi diuina assonuit, ut in longa periodo nefusam aliquam ex surreptione actionem, nec breuem aliquam cogitationem elicuerit, qua legi diuina fuerit dissona. Anne etiam suas fugas habuit nostra Virgine Musica? Habuit quidem; sed absimiles nostris. Nos Deum fugimus, & peccatis illecti de abyfso in abyfsum prolabimur. Fuga, & culpa individua sunt comites, & quia Adam peccado fugit, & abscondit se, nos, ut peccati, ita etiam fuga sumus heredes necessarij. Fuit olim heres vtriusque Cain, qui addens culpe culpam, addidit fuga fugam, & ait. Ero vagus, & profugus. Nos Caino similes, vagi sumus, & profugi, tã fragiles, ut omnis cogitatio, qua subuenit, occidat, aut saltem torqueat, & vexet nos Talis est generis humani harmonia: at diuerso concentu in Virginea Maria Musica Fuga resonant. Fugiendo culpam, incipit, illa insidiatur calcaneis fugientis; sed frustra. Prius enim ad vite brauium Virgo, quam ad Virginem culpa peruenit. Et hic admiror Verborum cœlestium

lestium proprietatem. Tu insidiaberis calcaneo eius (nempe Mariæ) Genes. 3. inquit Serpenti Deus. Sed cur potius calcaneo, quàm digitis? Quia inimicitias posuerat inter Serpētem, & immaculatam hanc mulierem: & cum hac gratia diuina assistentia preuenta, alatis pedibus hunc mortiferum Serpentem fugisset, aut effugisset potius ille, qui sequebatur, non nisi calcaneis minari poterat, vel insidiari. Si ergo Dignissima Mater Dei, vbi omnes sumus lapsi, fuit quidem elapsa, & tam fauste, vt in primo Conceptionis instanti fluenta purissima gratiæ, imò & gloriæ ebiberit, fit, vt dignitas Monarchica, atque Imperialis supra dicta, sit ipsimet non dissona; sed potius valde decens. O felix mundus, imò & nos! cum fortiamur Imperatricem, in primo animationis momento gratiæ, & gloriæ radijs circumseptam. Ores Deum, vt qui laqueos originalis culpæ cæci incurrimus, caueamus oculosi actualium retia.

35 Septimò notandum venit, quod Isidorus Thessalonicensis Antistes Orat. 2. de Ingressu Virg. ad Sancta Sanctorum, sic fatur:

Nas-

Nascitur ergo Sacratissima hæc pulchritudo
 expresissime Deum referens, & summe Deiforme
 speculum, diuinitus micans splendor, Deum
 oblectans iubar, Deum cõdecens formositas, &
 Sponsa, & Filia Deo reseruata Maria, & sterili
 quidem, & infœcundo utero; sed anima
 fœcundissima, fructuumquẽ Deo placentium
 feracissima, fœtibusquẽ diuinis, quorum partu
 oblectatur Deus, copiosissima. Idem vbi supra.
 Per Virginem factum est, ut propter eius
 ad Deum similitudinem, Deus ex ipsa nobis
 sit factus similis. Quamquam enim tante puritatis
 erat Virgo, ut ubicunque esset, statim locum
 efficeret Sancta Sanctorum. Et Orat. 1. de
 Natiuit. Virg. hæc scribit: Et si certum est,
 Deum nos benigno per ipsam respexisse oculo,
 certè illud etiam de ipsa dictum fuit, de Cælo
 respexit Dominus, vidit omnes filios hominũ
 de preparato habitaculo suo Psal. 32. Si præterea
 Templum Dei est, ac Sedes, omninò necessarium
 quoque est, & indubitatum de illa esse dictum.
 Dominus in Templo sancto suo, Dominus in Cælo
 sedes eius Psal. 10. Quapropter Cælum, & Cælorum
 factum siquis Virginem

ginem appellet, ille, mea sententia, non errabit. Nec dubitandum est asserenti, Beatam Virginem esse Cœlum, & è Cœlo, quod Parentes eius è luto fuerint, & ex Adæ propagine. Et loco nuper citato, inquit: Quantam ergo habendâ, dixerim, super omnes homines, & Angelos Virginis altitudinem, quæ Deum attraxit in terram. Idcirco iure optimo sublimissimus hic fœtus erit vocandus, vno excepto Deo, superior omnibus. Si vero hoc missum quoque è Cœlo erit dicendum. Siquidem summi Theologi circumsonantis ubique vox est. Qui de Cœlo venit, super omnes est Ioan. 3. Ego verò, quoniam terra olim male se habebat, & tota repleta erat agitatione, & insania, & peccato veluti quassata, nec poterat ex se progignere aliquod pharmacum, quo malum elueretur, & morbus depelleretur, è Cœlo vno dixerim, fuisse remedium adhibendum, & salutare aliquid laboranti porrigendum. Qui igitur commotionem illam sedauit, & ingratum morbi fœtorem depulit, hic planè fuerit illustris medicus, nempe Virgo, & Cœlestis omninò vocandus. Huic ergo Cœlesti medico valde decens, vt

fit Mundi Monarcha, & Imperatrix. Addas, quod Eximius Doctor Hispalensis Marianus Syluester de Saavedra *disp. 16. de Sacra Deipara, sect. 8. fol. mihi 320.* versans illud Ecclesiæ, *Qui te creauit prouidè* in verba prorumpit eiusmodi: *Quid? Improuidè nè Deus ceteras creaturas produxit, & solam Virginè prouidè? Apage; sed id canit Ecclesia, vt ostendat, summa prouidentia, cura summa, diligentia summa à Deo creatam, & genitam Mariam Sanctissimam, qui futura Mater Dei ipsius, & aqua ablutionis futura, qua Deus omnem purificaret creaturam; forsam enim, ob hanc rationem, illam effudit super omnem carnem, eam mundaturus; & vt video, Christum Dominum, qui aqua, & purissima est, & lucidissima in passione sua, sicut aquam effusum, video etiam Virginem Sanctissimam, aquã purissimam, latissimam, & ab initio maritatam, & Sponsam Spiritus Sancti.* Id reuerà innititur verbis Gersonis Parisiensis *tract. 4. super Magnificat*, hac sub forma cõtextis: *Beatam respice primo modo, dum ab instanti creationis Spiritus sui initiatum est matrimonium*

cum Aeterno Sponso Deo per Arrham fidei, spei, & charitatis, & ceterarum virtutum: ergo huic Sponsæ immaculatissimæ profecto valde decens, vt tali dignitate Imperiali pulchrescat, & Monarchica.

36 Octauò notandum, quod D. Damascenus Orat. i. de Natiuit. Virg. cum Mariam allocutus dixisset: *Tota spiritus thalamus es, gratiarum pelagus, tota pulchra, tota Deo propinqua*, hæc statim offert: *Ipsa namque Cherubinos superans, ac supra Seraphines euecta, propinqua Deo extitit*. Vndè admirabundus exclamat: *O miraculum omnium miraculorũ maximè nouum! Mulier Seraphinis sublimior effecta est. Deus visus est paulominus ab Angelis minoratus. Sileat Sapientissimus Salomon, nec iam nihil sub sole nouum esse, affirmet*. Miraculo huicce, omnium miraculorum maximè nouo, valdè decens, vt tali dignitate decorata existat, non orbata, Mulier eiusmodi, atque ei summopere decēs, vt dignitatem fortiatur prædictam. Idem Damascenus ubi suprà denuò exclamat: *O Virgo diuinitus gratia donata, Templum Dei Sanctum,*

Etiam, quod ille pacis Princeps Salomon spiritaliter construxit, & habitavit, non auro, & inanimis lapidibus ornatum, verum auri loco Spiritu fulgens, pro lapidibus autem pretiosis margaritam ingentis pretij Christum habens. Habenti hanc ingentis pretij margaritam decens, & valdè, vt mundi Imperatrix sit, & Monarcha. Addiderim, quod S. Iosephus Confessor in Mensis Græcanicis 11. Februarij post Oden. 3. de S. Basilio M. adstruit per Mariam creaturarum omnium mundissimam, & ornatissimam, totum Cœli, & terræ ornatum perfici; imò & Angelorum benè ordinatam munditiam in eius persona effici mundiozem, ita inquit: *Vt singulariter emundares hunc mundum* (Sermonem cum Deipara attexit) *utquè supernis etiam ordinibus ornatum afferres, in mundo genuisti munditiarum mundi Artificem. Ante huius enim aduentum supera, & infera caruerunt tanta munditia, nempe mortalium: Nec oculis, nec mentibus ad Dominum suum cognoscendum erectis. Quocircà, tu palam cœlestium, atquè terrestrium emundatio longe mundis.*

dissima extitisti propter partus tui excellentem munditiam. Per hunc enim partum primigenia planè munditia mundum emundans, unaquè Angelorum benè ordinatam munditiam in tua persona longè mundiozem efficis. O mundi totius seruatrix! Et non decēs huic totius mundi seruatrici, vt illiusmet Imperatrix, Monarchaquè existat? Apage. Addas etiam, quod Venerabilis Henricus Suso in Dialogo Sapientia cap. 16. præclare dixit: Ecquid tibi in mentem venit, aut qui tamen affectus eras in illa tua sempiterna incommutabilitate, & incommutabili æternitate, cum tam præclare conderes creaturarum omnium purissimam, elegantissimam, atquè dignissimam? Merito sanè dicere tū poteras. Ego cogito cogitationes pacis. Nimirum Domine Deus, ex abyssu essentialis bonitatis tuæ fecisti ex ea nasci splendorem gloriae tuæ Unigenitum Filium tuum. Huic ergo creaturarū omnium purissimæ, elegantissimæ, atquè dignissimæ, summopere decens, quòd dignitate supra dicta præfulgeat.

37 Nonò venit notandum, quod Origenes

Hes Homil. 1. de diuersis, in Mattheum Ma-
 ternitati diuinæ immaculationem ascribens,
 hæc diffundit: *Mater eius, Mater immacu-
 lata, Mater incorrupta, Mater eius, cuius est?
 Mater Dei Vnigeniti, Domini, & Regis, om-
 nium plasmatoris, & Creatoris cunctorum, il-
 lius, qui in excelsis est sine Matre, & in terra
 est sine Patre: huius itaque Vnigeniti Domi-
 ni dicitur hæc Mater Virgo Maria, digna
 digni, immaculata Sancti, immaculati, vna
 vnus, vnica vnici.* Eiusmodi locum postquã
 Petrus Montius attulisset lib. de vnus legis
 veritate cap. 76. addit: *Licet Origines canoni-
 zatus non sit, propter tria fundamenta, in hoc
 loco integram sibi auctoritatem præbere tene-
 mur. Primò, quòd sapientissimus erat, & mul-
 ta bona scripsit. Secundò, quòd Ecclesia tan-
 quam in optimam expositionem hæc verba in
 officio posuit. Tertiò, quòd Hieronymus in-
 quit: Vbi Origenes bene, nemo melius, & vbi
 male, nemo peius. Nunc sic: Aut quòd in hoc
 loco, bene dixit, aut male? Non male, quia si
 male, Ecclesia non posuisset hoc in officio: igitur
 bene: & quia vbi bene (veluti per Hiero-
 ny-*

nimum testatur) nemo melius, & non potest esse bonum, nisi verum sit, sequitur, quod in hoc loco Origenes optimè dixerit, & appellat Dominam nostram intactam, atque immaculatam: igitur sine quocumque peccati fomite. Si Maria Augusta est quidem Mater immaculata, Mater incorrupta, Mater Dei Vnigeniti, Domini, & Regis, omnium plasmatoris, & creatoris cunctorum, si intacta Domina, si Domina, & sine quocumque peccati fomite; ei valdè decens, vt sit mundi Monarcha, & Imperatrix. Addiderim, quòd Arnestus Pragensis in lib. de Prærogatiuis Virginis cap. 126. sic fatur: *Vna est puella peregrina, & pauper, & paruula, quam adamauit Rex Assuerus, qui est Deus super omnia benedictus, & bonus in sacula, amen. Et inuenit in conspectu eius gratiam, & misericordiam super omnes mulieres, & imposuit diadema super caput eius, & fecit eam regnare pro Vasthi, id est, pro Matre Eua, Matre Seua. In quibus omnibus datur nobis intelligi, quod etsi sint sine numero; siuè in Cælo, siuè in terra, siuè virtutes Angelice, siuè anima sancta, qua*

reg-

regnant cum Agno, vel regnabunt, & Agnus Dei cum illis. Vna est tamen Regina Reginarum, nomine Maria, quam viderunt Regina cetera, & laudauerunt, & beatissimam pradicauerunt. Id est, in superlatiuo gradu, & summo Beatam Rex Assuerus, qui est Deus, super caput Mariæ Augustissimæ Diadema imposuit, ac fecit, eam regnare pro Vasthi, id est, pro Matre Eua. Signum ergo, quòd hocce Diadema Regium eam decet: ergo & Imperiale. Igitur non indecens erit; sed potius decens ipsi, & summo-pere, quòd mundi Imperatrix, Monarchaque existat. Prædictæ decentiæ subscribit D. Bonauentura (id obiter) in Cantico Te Deum ad B. Virginem, ibi: *Te decet laus, Te decet Imperium, &c.*

38 Notes velim, quòd Virgo Deipara dicitur, & est Imperatrix Cæli, & terra, ac mundi totius, quia cum eius imperium reuera completum, atque adeò perfectum sit, fit indè, vt ambiat, atque complectatur omnia illa, quæ sunt capacia imperij: ergo attinget nè dum Cælum, & terram; sed &

totum mundum: eo quod ille (sicut & cætera hæc) existat dicti imperij capax. Fulcitur id, & si *in re alia*. Intellectus substantiarum separatarum ideò comprehensiuè attingit *intelligibile ens*, quia est *perfectus naturali perfectione*: quippè qui totus in acta existat, teste D. Thoma 2. *contra Gent.* cap. 99. sic aiente: *Cum enim intellectus earum (nempè substantiarum separatarum, de quibus ipse loquitur) sit perfectus naturali perfectione, utpote totus in actu existēs, oportet, quòd suum obiectum, scilicet ens intelligibile, vniuersaliter comprehendat.* At huius intellectus perfectus in talibus substantijs separatis, dicit esse completum in *linea intellectuali*: ut colligitur ex Cursu Salmaticensi tractat 7. *de Angelis disput. 6. dub. 3. §. 2. num. 65.* Vbi impugnans expositionem à Suario adactam ad hoc testimonium, imò & ad illud ex eodem 2. *cōtra Gent.* desumptum, scilicet: *Ex hoc, autem, quòd substantia aliqua est intellectualis, comprehensua est totius entis, sitam in eo, quòd S. Doctor tantum significare vult, quòd sub obiecto*

intellectus Angelici totum ens naturale cō-
prehensum sit; non verò, quod tale obie-
ctum comprehendat intellectus eiusmodi,
hæc attexit: *Non igitur hæc expositio pla-
cet. Quoniam D. Thomas non dixit, sub ob-
iecto intellectus Angelici comprehendi to-
tum ens naturale; sed asseruit, quod hoc ip-
so, quod substantia aliqua est intellectualis
(intellectualitate tamen completa, atque
adeò perfecta) comprehensa est totius entis.*
Quo fit, ut Angelus, quantumvis inferior
sit, utpotè habens intellectualitatem com-
pletam, ac proindè perfectam ex parte virtu-
tis suæ intellectiua, Angelos quantumvis
superiores comprehensivè attingat. De quo
in Tract. de Angelis latè egimus. Aduer-
tas, quòd verba illa suprà posita, nempè:

Capacia Imperij: & dicti Imperij

capax debent intelligi de

imperio purè

passivo.

SECTIO V.

Triplici obiectioni fit satis.

39 **O** Bicies primò. Nam ratio imperij ex se quidem dicit imperfectionem, eo quod superioritatem exprimat. Superioritas autem dicat imperfectionem in se ipsa, necesse est, quippè quæ humilitatem nullo modo redoleat. Igitur in Sacra Deipara minimè existet. Nec mireris cum illa, & semper, humilitatis lacte respersa. Ergo nullatenus erit mundi Monarcha, & Imperatrix.

40 Respondetur, quod ratio imperij nullo modo dicit ex se imperfectionem vel minimam; nec etiam superioritas ab imperio allata. Quod patet. Nam D. Ambrosius lib. 2. in Luc. versans illud Luc. 2. *Et descendit cum eis, &c.* scribit sic: *Et venit Nazareth, & erat subditus illis. Quid enim Magister virtutis, nisi officium pietatis impleret? Et miramur, si Patri defert, qui sub-*

subditur Matri? Non utique infirmitatis; sed pietatis ista subiectio est; attollat licet seuis emissus latebris coluber perfidiae caput, & serpentinis euomat venena pectoribus. Cum dicit se Filius missum, maiorem hereticus appellet Patrem, ut imperfectum Filius dicat, qui potest habere maiorem: ut alienis auxilijs asserat eum, qui mittitur, indigere. Numquid & humano egebat auxilio, ut Materno seruiret imperio? Magister virtutis fuit quidem subditus Matri suæ, ut pietatis impleret officium: igitur subiectio hæc in Christo ab imperfectione, & prorsus, aliena: ergo & imperium Matris erga illum met imperfectionis vel minimæ expers: ergo superioritas ab eo allata, non superbiæ euaporauit fumos, sed humilitatis fuit lacte irrorata; imò & eius circumsepta fluentis: cum fuerit superioritas prorsus humilis, ac proinde Matris Dei superioritas: ergo necesse, pulchra sit: ergo & perfecta necesse, existat: ab imperfectione ergo immunis vel leuissima.

41 Addiderim, quod superioritas in Virgine

gine debet, & necessario, esse ab imperfectione (idem de Imperio astruas) omnino immunis. Qua de causa? Ob ea sanè aurea, sanè pulchra, quæ attexit Magnus Athanasius in *Serm. de Sanctissima Deipara*, sic se habentia: *Spiritus Sanctus in Virginem descendit cum omnibus suis essentialibus virtutibus, quæ illi per rationem diuini Principatus adsunt, imbuens eam in gratia, ut in omnibus gratiosa esset: atque idcirco gratia plena cognominata est: eo quod adimplerione Spiritus Sæcti omnibus gratijs abundaret.* De hac verò Mariæ gratia postea subiicit: *Neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor; sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse, quemadmodum, & nunc, & in presentia, & in æternum usque habet.* Præterquam quod si superioritas in Virgine Deipara afferret secum imperfectionem aliquam, nullo modo omnis creaturæ principatu gauisa. Quod profectò minimè adstruas, cum D. Bernardinus Senensis *Serm. 3. de Natiuit. Virgin.* hæc scribat: *Quippè ipsa Virgo verè Sara, quæ Princeps*

interpretatur, quæ verum genuit Isaac, scilicet Filium Dei, in cuius semine benedicta sunt omnes gentes, & per quem omnis creatura principatum habuit. Imò nec sortiretur ipsa hoc nimirum, quod est imperare. Quod non ita est reuera Tum, quia Damianus Serm. 2. de Natiuit. Virg. inquit: *Acceditis* (alloquitur Deiparam Virginem) *ante illud aureum humane reconciliationis altare, non solum rogans; sed etiam imperans, Domina, non ancilla.* Tum, quia in Officio recitando (supposita approbatione Apostolicæ Sedis) in *Descensione Virginis pro Fundatione nostri Ordinis, titulo Beata Maria de Mercede: & proposito eidem Apostolicæ Sedi ab Illustrissimo, necnon & Reuerendissimo Domino D. F. Melchioro Rodriguez de Torres Episcopo Rossensi, hæc inter alia inueni conscripta.*

*Surgamus ergo vigiles
Mercede ducti milites
Atquæ Nolasco Principi
Novum canamus canticum*

Appa-

*Disput. Vnic. Sect. V.
Apparet Virgo Virginum*

.....
*Et, ut fundaret Ordinem
Sacratæ Parens imperat.*

Tùm, quia Seuerus Alexandrinus in *Preca-
tione ad Mariam*, inquit: *Salve Sacta Ma-
ria, Mater Dei, Regina Cœli, porta Para-
dysi, Domina mundi, &c.*

42 Notandum venit, quòd præter illa,
quæ à nobis adstructa sunt iam, alia occu-
runt denuò ad probandum, quòd nec *Su-
perioritas* inclusa in *Imperio*, nec *Imperium*
eam includens, dicit ex se imperfectionem
vllam. Audias. Cicero *lib. i. de legib.* ait: *Lex
est ratio summa, quæ iubet ea, quæ facienda
sunt, prohibetquè cõtraria.* Et *Orat. ii. Phi-
lippica.* hæc scribit: *Est enim lex nihil aliud,
nisi recta, & à numine Deorum tracta ra-
tio imperans honesta, prohibens contraria.*
Id etiam constat ex *Præceptore Angelico*
*1. 2. quæst. 17. artic. 1. ibi: Imperare autem est
quidem essentialiter actus rationis. Impe-
rans enim ordinat eum, cui imperat, ad ali-*
quid

quid agendum, intimando, vel denunciando. Sic autem ordinare per modum cuiusdam intimationis, est rationis. Et 1. 2. quest. 57. art. 6. in corpore scribit sic: In omnibus potentijs ordinatis illa est principalior, quæ ad principaliorum actum ordinatur. Circa agibilia autem humana tres actus rationis inveniuntur, quorum primus est consiliari, secundus iudicare, tertius est præcipere. Primi autem duo respondent actibus intellectus speculativi, qui sunt inquirere, & iudicare. Nam consilium inquisitio quadam est; sed tertius actus est propriè practici intellectus, in quantum est operativus. Non enim ratio habet præcipere ea, quæ per hominem fieri non possunt. Manifestum est autem, quod in ijs, quæ per hominem fiunt, principalis actus est præcipere, ad quem alij ordinantur, & ideo virtuti, quæ est benè præceptiva, scilicet prudentia, tanquam principaliori adiunguntur, tanquam secundaria, Eubulia, quæ est benè consiliativa, & Synesis, & Gnome, quæ sunt partes iudicative. Et 2. 2. quest. 83. art. 1. ait: Ad rationem pertinet imperare non

solum potentijs inferioribus, atque membris corporis; sed etiam hominibus subiectis. Nec etiam dicit imperfectionem in Deo vel minimam, ut patet ex ijs, quæ tradit Doctissimus Cursus Salmanticensis tom. 1. in 1. par. tract. 5. disput. 2. §. 4. num. 52. vers. Quoad primam verò partem, sic se habentia. Prædestinatio debet consistere in actu efficaci divini intellectus, quo efficaciter ordinantur, & disponuntur illamet media efficacia determinatè, & in particulari sumpta, per quæ postea suo tempore prædestinatus consequenturus est finem vitæ aternæ (cui in tract. de Prædestinatione Sanctorum subscripsimus) at si semel datur in diuino intellectu actus Imperij subsequutus ad electionem, non potest non prædictum Imperium hoc habere: siquidem eius essentia in nullo alio ponitur, præterquam in hoc, quod Deus per illum efficaciter ordinet, & imperet, ut suo tempore executioni mandentur prædicta media, per quæ prædestinati transmittendi sunt in aternam vitam: & propterea imperiū istud subsequitur ad electionem efficacem eorum tan-

tum mediorum, per quæ predestinatus suo tempore transmittendus est in finē vitæ æternæ: ut ita prædictum Imperium habeat infallibilem efficacitatem respectu talium mediorum. Et postea ostendens ipse, nedum in nobis; sed etiam in Deo dari Imperium, hæc attexit: *Quoniam actus, qui in nobis reperiuntur, debent etiam poni in Deo, dummodo non inuoluant imperfectionem. At actus Imperij non inuoluit imperfectionem ullam: ergo. Quod verò non inuoluat vllam imperfectionem ex eo constat, quia in Missa Epiphania hæc extant: Ecce aduenit Dominator Dominus, & Regnū in manu eius, & potestas, & Imperium. In Dominica infra Octauam Epiphania, hæc: In excelso throno vidi sedere virum, quem adorat multitudo Angelorum psallentes in vnum. Ecce cuius Imperij nomen est in æternum. Et in Officio Sanctissimi Nominis Iesu, quod nimirum extat apud Officia propria nostri Ordinis, hæc prima Antiphona ad Laudes conscripta offert: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum Imperator Cæli, & Dominus dominantium.*

Ex ijs omnibus inferri oportet, tum, quod *Imperium* ex se nullam imperfectionem dicit; tum, quod in Deo, & Virgine Augusta est Imperium ab imperfectione expers, vel leuissima. Igitur Dignissima Mater Dei Mundi Imperatrix, Monarcha quæ existet.

43 Obijcies secundo. Nam id, quod est imperare dicit vim coactiuam: vt patet in Rege, v. g. qui, ex eo quod habeat respectu subditorum vim coactiuam, potest quidem eis imperare. Quod non ita, dum quis sibi ipsi imperat, cum respectu sui, vi coactiuam sit orbatus. Vnde per prudentiam monasticam nequit sibi propriè, & in rigore imperare: ergo saltim in ordine ad mundum nullatenus Imperium in Deo adstruendum, quippè quod vim coactiuam exprimat, atque adeò imperfectionem dicat: ergo nec in Virgine Deipara. Non igitur erit mundi Monarcha, & Imperatrix.

44 Obiectio eiusmodi manebit, & omninò enervata, si audiatur Cursus Salmanticensis ubi supra, §. 6. num. 6. vers. Deinde id quoad tertiam partem, sic scribens:

Dein-

Deinde id quoad tertiam partem responderetur, nimirum non posse esse imperium unius hominis ad se ipsum, ex eo quod non habet respectu sui vim coactivam, etiam deficit. Nam ad imperandum non est necessaria vis coactiva, sed sufficit directiva. Et ita Princeps manet obligatus eadem lege, quam condit. Quare sicut Princeps mediante lege ordinata ad bonum commune potest sibi, & subditis imperare: ita mediante prudentia Monastica, quae respicit bonum proprium, poterit tam Princeps, quam quisvis habere imperium respectu sui ipsius. Quo fit, ut hoc, quod est imperare, nullo modo dicat vim coactivam, sed directivam, ex se. At hoc imperare prout ex se dicit talem vim directivam, non potest non perfectionem afferre secum, ut per se liquet: ergo in ordine ad mundum dabitur tale imperare in Deo, ergo & in Maria Augusta Matre eius, & profecto Dignissima. Ly ex se, idem est, ac ex suo primario conceptu, & ratione formali. Nam hoc, quod est dicere vim coactivam de materiali in eo se habet.

45 Obijcies tertio. Quia si in Virgine datur Imperium, etiam in Deo debet dari. At qui nullatenus in Deo datur, ergo nec in Deipara. Non ergo erit mundi Imperatrix. Quod non detur vlllo modo Imperium in Deo, haud obscure ostenditur. Nam donum Spiritus Sancti, quod nimirum sit donum *Imperij* ad operandum ea, quæ fides dicat, nullo modo datur (quippè quod nullatenus inter septem dona, relata apud Isai. cap. 11. numeretur) ergo.

46 Respondetur, concessa maiori, negando minorem. Ad eius probationem, distinguo antecedens: *Donum Spiritus Sancti, quod nimirum sit donum Imperij, &c. nullo modo datur*, vt significatur nomine doni *præcepti*, concedo, nomine doni *Consilij*, nego antecedens. Certum est vtique, dari donum Spiritus Sancti, quod prudentiæ correspondeat: & in ordine ad actum Imperij, tametsi donum eiusmodi non significatum sit nomine doni *præcepti*; sed nomine doni *Consilij*. Nec mireris! cum dona Spiritus Sancti conferantur ad actus scilicet,

in quibus mens, se habet, ut mota ab illo, etiam si eosdem actuè eliciat, teste D. Thoma 1. 2. *quest. 68. art. 1.* Cum verò id, quod est præcipere, ex vi significationis nominis, nullo modo innuat hoc, quod est *moueri*; sed *mouere*, idcirco fuit reuera congruum, ut donum, quod correspondet prudentiæ, non appellaretur *præceptum*; sed *consilium*: per quod significari queit motio mentis consiliatæ ab alio consiliante. Audias eundem Præceptorem Angelicum 2. 2. *quest. 52. art. 2. ad 1. & 3.* hæc diffundentem: *Dicendum, quod iudicare, & præcipere non est moti, sed mouentis, & quia in donis Spiritus Sancti mens humana non se habet, ut mouens; sed magis, ut mota, inde est, quod non fuit conueniens, ut donum correspondens prudentiæ, præceptum diceretur, vel iudiciū; sed consilium, per quod potest significare motio mentis consiliatæ ab alio consiliante, &c.* Vnde mens humana ex hoc ipso, quod dirigitur ab Spiritu Sancto, fit potens dirigere se, & alios. Igitur in Deo datur Imperium. Præterquam quod in Deo dari Imperium

expressè adstruit ipse D. Thomas 1. part. quest. 23. art. 4. ita inquiring: *Dicendum, quod predestinatio secundum rationem presupponit electionem. Cuius ratio est. Quia predestinatio, ut dictum est, est pars providentia. Providentia autem, sicut & prudentia, est ratio in intellectu existens præceptiva ordinationis aliquorum in finem.* Et allocutus de providentia, cuius prædestinatio est pars, hæc art. 1. ad 1. scribit: *Dicendum, quod secundum Philosophum in 6. Ethicor. prudentia proprie est præceptiva eorum, de quibus Eubulia rectè consiliatur, & Synesis rectè iudicat. Vnde licet consiliari non competat Deo, secundum quod consilium est inquisitio de rebus dubijs; tamen præcipere de ordinandis in finem, quorum rectam rationem habet, competit Deo secundum Psalmum, præceptum posuit, & non præteribit. Et secundum hoc competit Deo ratio providentia, & prudentia.* Addiderim, quòd Christus Dominus ea ratione, qua homo, fuit reuerà capax præcepti diuini; imò & de facto illud habuit de subeunda morte pro redemptione

ne nostra, ut doctè commoſtrat M. Ioannes Vincentinus in ſua Relect. pag. 402. & tribus ſequentibus. Quod pro certo ſupponit M. Ioannes à S. Thoma in 3. part. quæſt. 19. diſput. 17. art. 4. §. Secundò notandum eſt. Ergo cùm præcipere imperare ſit, & in Deo detur hoc, quod eſt præcipere, ſit conſequens, ut & imperare non poſſit non dari in illo. Ergo ſicut præceptum in ipſo datur, ita & imperium: ergo & in eius Matre.

O MARIA Auguſtiſſima.

O Bſecro Te per gratiam, qua Dominus voluit eſſe tecum, & Te voluit eſſe ſecum, ut propter eandem ipſam gratiam, miſericordiam Tuam, & gratiam (verba Richardi de S. Laurentio lib. 2. de Laudib. Virgin. pag. 136. ex D. Anſelmo de preſumpta) facias eſſe mecum. Fac, ut amor Tui ſemper ſit mecum, & reſpectus pietatis Tue, quamdiu ego ſubiſto, ſemper ſit mecum. Fac, ut congratulatio beatitudinis Tue ſemper ſit mecum, & compaſſio miſeria mea, quantum

N

mibi

*mibi expedit, semper sit Tecum. Sicut enim,
 ò Beatissima, omnis à Te aversus, & à Te
 despectus, necesse est, ut intereat, ita ad Te
 omnis conuersus, & à Te respectus, impossi-
 bile est, ut pereat. Defende me Tuis preci-
 bus, semper liberans à cunctis aduersitati-
 bus, & periculis, & à quibusvis calamitati-
 bus, & futura Filij tui interminatione, à pec-
 catis meis, & iustissimè quidem, pro merita.
 Colloca verò, vt Domina, in loco volupta-
 tis, vbi lux, & pax, & desiderabilium largi-
 tio summa. Gubernacula Ecclesiastici Or-
 dinis tenens, in tutum deducito portum. Sa-
 cerdotes iustitia, & exultatione puræ fidei
 splendidissimè induito. Orthodoxos Princi-
 pes in pace, & quiete regito. Malefidas na-
 tiones barbaras, quæ Te, Deumquè ex Te
 natam, blasfemijs lacerant, pedibus eorum
 substernito, & subiecito. Huicce Hispania-
 rum Regno, quod semper Tuis patrocinijs
 innititur, Adiutrix esto. Tuam hâc Curiam
 Matritensem, & Regiam, quæ Te veluti
 Turrim, & fundamentum habet, spirituali-
 bus coronato triumphis, firmato, ac custo-
 dito*

dito viribus. Huiusce Habitaculi Sacri, ac
Mercenarij Templi decorem conseruato,
& semper. Mercenarios Laudatores, &
Tuos, ab omni calamitate, animiquè angoribus
defendito. Liberationem dato Captiuis.
Vniuerso auxiliatricem Tuam manum
porrigitto, vt Te, tanquam
Imperatricem *Sui* Festiuè
concelebret.

*SVB CORRECTIONE SANCTÆ
Matris Ecclesia.*

Diffinitio
dico quibus hinc Habent Sacri
Athenienses Amphiboliam conseruam
& tenent Athenas Landores &
Tos ab omni calamitate, amque angu-
stia defendit. Laborem vero Cap-
tum Vnicuique auxiliantem Tuam ma-
num conuenit, vt Te, tradunt
Imperatorem de Felibus
concelebrat.

PER CORRECTIONE SANCTE
Mansu Edepha

DISPUTATIO APPENDIX.

An Virgo Deipara in primo Conceptionis instanti Imperium in omnes creaturas sortita fuerit?

QUamuis disputatione præcedenti *sect. 3. m. 22. §. Notes* asseueremus, sacræ Deiparæ in primo Conceptionis instanti collatum fuisse id, nempe, quod Imperatrix mundi, Monarcha quæ existeret, atque adeò *tunc* in omnes creaturas dominium, & Imperium sortitam fuisse; nihilominus tamèn, ut ostendatur id clarius, hanc, & specialem, disputationem atteximus.

SECTIO VNICA.

Affertio, & eius fundamenta.

Dicendum est, Virginem Deiparam in primo suæ Conceptionis instanti Imperium in omnes creaturas sortitam fuisse. Tenet Doctissimus Salazarius *de Concep. cap.*

32. num. 63. Ostenditur primò. Nam Christopolitanus Antistes in Cant. Magnificat ad illa verba: *Fecit mihi magna* scribit sic: *In tantum ista dignitas est maior ceteris dignitatibus tã precedentibus, quam subsequenteribus, in quantum omnes aliæ dignitates, vel ordinabantur ad istam, vel data sunt propter ipsam, quia debuit habere omnes alias dignitates, in quantum est Mater Dei.* Maria Augustissima debuit quidem habere omnes alias dignitates, in quantum est Mater Dei; ergo & dignitatē Imperatricis, sitã scilicet in eo, quod illa sortita sit dominium, & Imperiũ in omnes creaturas. Sed in primo suæ Conceptionis instanti dignitate Maternitatis diuinæ fuit gauisa, vt ex disput. precedenti num. 22. clarè cõstat: ergo & ista Imperiali.

2. Secundò. Quia Dionysius Carthusianus lib. 1. de Laudib. Virgin. hæc diffundit: *Sicut Christum decuit omni perfectione natura, & gratia in termino excellentissimo præfulgere propter unionem hypostaticam, sic etiam Mariam, quia post illam, non est alia tam vicina unio, quàm Matris Dei cum Deo Filio suo.* At
Chri-

Christus Dominus in primo suae Cōceptionis
 instāti dominium in omnes creaturas, & Im-
 perium sortitus: ergo & eius Mater. Addide-
 rim, quod D. Damascenus *Orat. 2. de Assump.*
 hæc attexit: *Oportebat, Dei Matrem, ea, quæ
 Filij sunt, possidere.* At Filius in primo suae Cō-
 ceptionis instāti habuit dignitatem Imperia-
 lem: ergo & Maria Augusta, eius Mater, &
 quidem Dignissima. Habuit ergo illa in tali
 instanti Imperiū in omnes creaturas. Præter-
 quam quod, istuc Verbum *Domina*, vel istuc
 Verbum *Imperatrix* in Virgine, est quidem
 Verbū vniuersale, ergo trahetur ad hunc ca-
 sum, quo vis expresso maiorem, nempe, quod
 illa fuerit adhuc in primo animationis mo-
 mento dignitate Imperiali prædita, ac proin-
 de habuerit etiam in eo ipso momēto, & in-
 stanti dominium in omnes creaturas, Impe-
 riumquē. Nec mireris! cum verba vniuersalia
 trahantur in omnibus, & per omnia, ad om-
 nes casus, non solum expressos, sed etiam ma-
 iores expressis, *l. ea tamen cōdit. ff. de legat. 3.*
Clement. 1. Sibi glos. 1. de re iudic. Farinac.
in crimin. tom. 7. cons. 3. nu. 9. vers. Quæ verba,

Et lib. 2. decis. decis. 357. n. 5. Et ita uniuersaliter omnia comprehendunt, Et singula, ac si essent specialiter omnia enunciata, Oldrad. cōsil. 322. num. 2. Præterquam quod D. Athanasius supra num. 41. datus, in Sermon. de Sãctissima Deipara, hæc subiicit: Neque enim id temporarium in Virgine accidisse opinor; sed per omnia tempora hoc illi datum fuisse, quemadmodum, Et nunc, Et in presenti, Et in æternũ usque habet. At qui iuxta Bernardinũ Senensem Serm. 3. de Natiuit. Virg. est sanè Maria Augusta omnis creaturæ principatu gauisa: ergo id temporarium minimè in illa accidisse, opineris, sed per omnia tēpora hoc illi datum fuisse, quemadmodum, & nũc, & in præsentia, & in æternum usque habet: ergo id ad omnia tempora venit extendendum, ergo & ad primum Virginæ animationis momentum: ergo in eo momento prædictum principatum fuit sortita: ergo in eo momento habuit dominium, & Imperium in creaturam omnem.

3 Tertiò. Nam huiusmodi Verbum *Dominica* dicit dominium non particulare, sed

uni-

vniuersale: igitur & Regale, & Imperiale cō-
 prehendet dominium: eo quod verba genera-
 liter prolata referantur ad omnia; imò, & ad
 omne tempus, *l. si ita fuerit 9. ff. de legat. 3.*
 ergo & omne tempus attinget: ac proinde at-
 tinget primum Virgineæ animationis instās,
 seu momentum. Que fit, vt Dignissima Ma-
 ter Dei sit, & fuerit quidem *Domina* in primo
 Conceptionis instanti, atque adeò in omnes
 creaturas dominiū, & Imperium sortita *tunc*
 fuerit. Addas, quod exercere liberalitatem est
 sanè proprium Principū, & cuiuslibet in par-
 ticulari, *l. si quando, C. de bon. vocant. lib. 10.*
 atque ideò eorum beneficia latissimè sunt in-
 terpretanda, *l. beneficium, ff. de constitut. Prin-*
cip. & ibi Ias. num. 31. Farinac. cons. 131. nu. 1.
lib. 2. & etiam eius gratia, vt idem *eodē libro*
cons. 163. num. 6. notat, ergo & Deus erga suā
 Matrem liberalitatem exercuit nuper dictā.
 Addas etiam, quod voluntas à potestate me-
 tienda venit. Ripa *in l. naturaliter, §. Nihil*
commune num. 107. ff. de acquirend. possession.
Farinac. consil. 45. num. 30. lib. 1. ibi: A potesta-
te venit metienda voluntas. At potuit Deus

conferre Dignitatem Imperialem Matri suæ in primo Conceptionis instanti, ac proinde dominium, & Imperium in omnes creaturas, ergo voluit, ergo fecit. Addas insuper, quod teste Psalmographo, Deus fundavit hanc Ciuitatem, nempe Mariam Augustissimam. At Reges mundiales regiam exquirunt Ciuitatē, quæ eorum magnificentiæ magis correspondeat. Illorū quilibet, hisce numeris, si possent, sedem sui regni, primam vè Ciuitatē absolutam reuera sortirentur, muris pulcherri-
 mis, & fortissimis accinctam, circumdatam, fontibus nec paucis decoratā, ianuis amplis, atque spatiosis plateis illustrem, callibus, vicisque non flexuosis, & obliquis, sed rectis, & ornatis cōpositam, fulgidam illustrium ædiū multitudinem, bonorum omnium, quæ vel appetit animus, exigit vè necessitas, deliciarum vè status requirit, aut appetitu desiderare valent, abundantia refertam. Cur ergo summus Rex, qui inter omnes mundi creaturas, hanc solam Mariam, vè propriam Ciuitatem elegit (ipse enim fundavit eam Altissimus) bonorum omnium benedictionibus non replet?

omnium rerum abundantia non impingua-
ret? diuitiarum omnium copia non ditissimā
redderet? Cur si in primo Conceptionis instā-
ti: & gratiæ, & gloriæ fluentis circumsepta,
imò & Dignitate Maternitatis diuinæ deco-
rata, Dignitatem Imperialem, & Monarchi-
cam etiam non sortitura? Dicendum ergo,
Mariam Augustā eam *tunc* habuisse, ac pro-
inde Imperiale Dominium in omnes creatu-
ras. Addas deniquè, quod *Iris* Metheorologi-
corum effectuum est speciosissimus reuera,
& pulcherrimus. Hinc *Eccle. 33. Vide arcum,*
& benedic eum, qui fecit illum, valde specio-
sus est in splendore suo. De quo allocutus Ma-
ximianus apud M. Lezanam *in lib. Apologet.*
pro Immaculata Maria Concept. cap. 7. hæc
subtexuit:

Theumantis proles, varianti veste refulgens
Multicolor picto per nubila deuolat arcu,
Cum sol ardentis radios in nubila iecit.
Adhærescit Poetarum Princeps *Aneid. 5.*
Mille trahit varios aduerso sole colores.
Imò & Naso *Metamorphos. 1.*
Nuncia Iunonis varios induta colores.

Cur

Cur verò Maria nuncupatur *Iris*? Quia est profecto formosissima, pulcherrima, & gratiosissima, & à primo Conceptionis instanti. Nuncupatur etiam *Iris*, quia sicut *Iris* coloribus nunquam orbatus, ita Virgo Deipara, donis, ac priuilegijs varijs orbata nunquam: inter hæc priuilegia recensendum est istuc speciale, scilicet, quod habuerit dominium, & Imperium in omnes creaturas: ergo priuilegio tali nunquam orbata, ergo nec in primo Conceptionis instanti.

4 Quartò. Quoniam Arnoldus Carnotēsis in lib. de Laudib. Virgin. ita inquit: *Vna est Maria, & Christi caro, unus Spiritus, una charitas, unitas diuisionem non recipit, &c.* At Christus in primo suæ Conceptionis instanti prædictū Imperium in creaturas omnes sortitus: ergo & Maria, vi vnitatis eiusmodi, id ipsum habebit. Audias, etsi in re alia. Deus per vnicam dumtaxat speciem intelligibilem, eaque vniuersalissimā, cognoscit omnia. Quis ergo Angelus, quò perfectior extiterit, eò intelliget per vniuersaliores species. Quod patet. Nam quò perfectior est quiuis Angelus,

Ius, eò est similior Deo, in modo nimirum intelligendi: ac proinde, cognoscet, ratione huiusce similitudinis, per species vniuersaliores. Illustratur id, & fulcitur testimonio Angelici Doctoris in 2. dist. 3. q. 2. art. 2. in fine corporis, hac sub forma contexto: *Scientia Dei est vniuersalissima, quia vna similitudine, quæ est sua essentia, omnia cognoscit, ac si aliquis per rationem communem entis omnia cognoscere possit: Et quanto per pauciores formas intelligit, tantò scientia eius est vniuersalior, Et similior diuina scientia: ut si aliquis cognoscat omnia per intentionem decem generum Et aliquis non, nisi acciperet species primas generum, Et sic descendendo vsque ad specialissima, secundum multiplicationem specierum inueniretur particulatio earum. At caro Christi, & Mariæ non similis; sed vna, Spiritus non similis; sed vnus: non similis; sed vna charitas (loquimur verbis præcitati Arnoldi) & hæc vnitas diuisionem (teste ipsomet) recipit minimè: atque adeo (inquit) Filij gloriam cum Matre non tam communem iudico, quàm eadem. Igitur cum Filius Mariæ Augustæ in pri-*

mo suæ Conceptionis instanti sortitus quidē fuerit Imperiale dominium in omnes creaturas, fit consequens, vt Maria eius Mater, id ipsum etiam in eo instāti, seu in primo suæ animationis momento, sortita fuerit. Notes, quod maior vnio, simplicitas, ac efficacia virtutis, quæ est in medio aliquo, destinato ad cognoscendum, quale est species intelligibilis, prouenit, & oritur ex vniuersalitate maiori. Sicquē principia, quò vniuersaliora, eò (quantum est de se) sunt reuerà efficacioris virtutis, simplicitatis maioris, actualitatis, & vnionis. Quod desumitur ex eodem Præceptore Angelico 2. sentent. dist. 3. q. 2. artic. 2. in solut. ad 3. his verbis: *Ad tertium dicendum, quod cognitio perfecta non habetur per mediū vniuersale, quia nō est efficax ad cognitionem omnium propriorum. Si autem per medium vniuersale omnia propria efficaciter cognoscerentur, esset perfectissima cognitio. Quia quāto aliquid est magis vnum, & simplex, tantò est viruosius, & nobilitus. Et hoc modo dicimus, quod Angeli superiores sufficiēter per formas vniuersales cognoscunt res, sicut Deus per es-*
sen-

sentiam suam perfectè cognoscit omnia. Undè fit, quod maior vnio, & simplicitas, ac virtutis efficacitas, quæ elucet in illo medio, quale est species intelligibilis, destinato ad cognoscendum, nō proueniat quidem ex alio, quàm ex vniuersalitate ipsa maiori: igitur quò fuerit maior vniuersalitas in tali medio, eo maior reuera vnio erit, & è contra Pergas. Mariæ, & Christi *vnus* Spiritus, *una* Mariæ, & Christi charitas, *una* vtriusque caro: hæc verò *vnitas* diuisionem non recipit: ergo cum Christi Imperium in omnes creaturas in illo met existat à primo Conceptionis instanti, fitquè amplissimum, fit consequens, vt eius Mater, vi dictæ *unitatis*, tale Imperium sortiatur etiam, & amplissimum (tametsi id in ea *participatiuè* fit) à primo suæ animationis momento. Notes denique, quod, teste Carfu Salmanticensi *tract. 7. de Angelis disput. 5. dub. 5. §. 3. vers. Respondetur secundo*, vnus beatus, ex eo, quod clariùs Deum videat, infertur sanè, quod habeat sibi *vnitam* essentiam diuinam, quatenus est *species magis vniuersalis*. Cum ergo Sacra Deipara in primo suæ Con-

ceptionis instanti (in gloria intelligas) amplitudinem Imperij cognouerit sui in omnes creaturas, fit planè, quod in eo instanti Imperium tale sortita fuerit.

5 Quintò. Nam Germanus Constantino-
politanus in *Orat. de Zona Virgin.* hæc at-
texit: *Omnia tua sunt admirabilia (ò Deipa-
ra!) omnia supra naturam, omnia ingentia:*
igitur hoc admirabili, & ingēti, nempe quod
fuerit in primo Conceptionis instanti domi-
nium, & Imperium in creaturas omnes forti-
ta, nullo modo orbata Maria Deipara. Om-
nia enim illius sunt admirabilia, ingentia om-
nia.

6 Sextò. Quia Eruditus Ioannes Baptista
de Lezana in *lib. Apologet. de Concept. cap. 9.*
pag. 37. §. Secundi capitis, versans illud *Cant.*
2. Ego flos campi, & liliū conuallium, hæc
scribit: *Cum Sponsus, quasi sui prædicans lau-
des dixerit: Ego flos campi, & liliū conual-
lium, nullo mediante, subdit: sicut liliū inter
spinas, sic amica mea, &c. Ac si apertius dice-
ret: Sponsa mea Maria a deo similis, propin-
qua, & proxima mea estimari debet, ut si ego
sum*

sum lilium conisallium, ipsa quoque lilium inter spinas sit. Hoc est. Si ego per naturam lilium pulcherrimum sum, & sine ullo squaloris vestigio, ipsa quoque per gratiam, quia venustissimum, & nitidum lilium est, sine ullo fœtore peccati, aut indicio fuit. Est enim mihi valde proxima, & propinqua. Sic ad rem meam. Sponsa mea Maria adè similis, propinqua, atque proxima mea æstimari debet, vt si ego sum Cœli, & terræ Imperator, ipsa quoque Cœli, & terræ Imperatrix sit. Hoc est. Si ego per naturam Imperator sum Cœli, & terræ, atque adè in omnes creaturas Imperium, & dominium habeo: ipsa quoque per gratiam, & consequenter *participatiuè*, profecto est Cœli, terræque Imperatrix: ac proinde dominium, & Imperium in creaturas omnes fortitur. At eiusmodi Sponsus tali Imperio orbatus nunquam, ergo nec eius Sponsa, & Dignissima præfato Imperio orbata vnquam Illud ergo habuit in primo suæ animationis momento. Præterquam quod, Angelicus Doctor 2. 2. *quest.* 103. *art.* 4. adstruxit, debitam Mariæ Hyperduliam fore, propter scilicet

licet *specialem affinitatem ad Deum*: ergo propter hanc ipsam specialem affinitatem ad Deum, oportet dici, quòd, si ea Imperium habet in omnes creaturas (vt habet reuera) sortiatur illud vtique à primo suæ Conceptionis instanti.

7 Notes, etsi in re alia, quòd species intelligibiles Angelicæ non sunt in rigore, ac propriè loquendo, propriæ passionis respectu essentiæ Angeli, aut sui intellectus, nec emanant ab eisdem per naturalem resultantiam; sed à solo Deo sunt quidem in intellectu Angelico à primo creationis instanti effectiue productæ, vt constat ex doctrina D. Thomæ 1. p. *quest. 55. art. 1.* vbi adstruit, Angelum non cognoscere omnia distinctè, & quoad sibi propria, per suammet substantiam: eo quod non contineat sic ea. Si verò species rerū omnium, distinctè eas repræsentâtes, forent proprietates Angeli, actiue ab eo dimanantes, tunc res omnes, saltem per se primo repræsentabiles per species, continerentur in essentia quoad sibi propria, distinctè, & perfectè sub esse intelligibili, ac proinde per solam suam essentiã cuncta

cuncta hac cognitione attingeret sua: ergo nec species intelligibiles vniuersaliores Angelicæ erunt in rigore, & propriè loquendo, propriæ passionis respectu essentia Angeli superioris, aut sui intellectus, neque per naturalem resultantiam emanabunt ab ipsismet; sed a solo Deo in intellectu superiori Angelico erunt à primo creationis instanti effectiue productæ. Si ergo eiusmodi vniuersaliores species sunt à solo Deo effectiue productæ in tali intellectu, & à primo creationis instanti, cur non poterit aditruì, Deum, Matri suæ, & Dignissimæ (quippè quæ habeat dominium, & Imperium in omnes creaturas) tribuisse à primo Conceptionis instanti tale Imperium, & dominium in ipsas? Et si talis *productio* eis conueniens, cur non *id* etiam Virgini erit conueniens, quando Mater Dei?

8. Notes etiam, quod, teste Doctissimo Lezana *de Concept. cap. 25.* Maternitas diuina in Virgine, seu quod Virgo sit Mater Dei, est quasi quoddam fecundissimum principium, ex quo, quotquot in fauorem ipsius *excellen-tie* dicuntur, tanquam conclusiones elici re-
uerà

nerà queunt. Nam si quæras, cur Dei Matrem decuerit, Virginem esse? Responsum habebis præoculis. Quia Mater Christi est. Cur ea cōcepta in gratia, imò & in gloria: Cur à debito contrahendi originale peccatum prorsus expers: Idem responsum audies. Cur eius Assumptionem in Cælum totistuemur præcordijs, & affectuosè testamur? Quia illud sanctissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, escam vermibus traditam, nec sentiri, nec adstrui queit. Imò & Augustinus *Serm. de Assumpt. Virgin.* dicere pertimescit. Si inquiras rursus, cur ea ab omni actuali crimine proponatur libera? En responsum. Quia Mater Dei est. Igitur ex hoc, quod Maria Augusta Mater Dei sit, oportebit etiã adstrui, etiam in primo suę animationis momento, prædicto Imperio minimè orbatam fuisse.

9 Notes insuper, quod Angelus de Pace, aliàs de Passu super *Missus est*, cap. 25 ad ea verba: *Gratia plena* tom. 3. *Biblioth. Virgin.* ait: *Es quippè gratia illa plena, quod fauores reliquos superat, & subleuat te ad omnè excellentiam, quæ cum in Cælis, tum in terris appeti*

appeti potest, aut concedi. Igitur cum Virgo Deipara habuerit plenitudinem gratiæ (quippe quæ pro illo primo Conceptionis instanti, & in eo (vt rectius loquamur) fluentia gratiæ purissima, ebiberit: atque adeò pars illa Conceptionis ipsius gratia vacua minimè. Alioqui Virgo non foret gratia plena, vt argutè docet Pintus Ramirez *de Concept. Antholog. 4. §. 1. num. 215. vers. Explicui in Examine*) fit consequens, quòd id illam tunc subleuarit ad excellentiam omnem, quæ & in Cœlis, & in terris concedi potest: ergo & ad istam, scilicet, quod sit Mūdi Monarcha, & Imperatrix. Igitur Dignissima Mater Dei in primo suæ Conceptionis instāti in creaturas omnes fuit sortita Imperium.

10. Notes denique, quod Maternitas diuina excedit etiam dignitate visionem beatificam, cōsistentem in eo, quod videatur Deus clarè, intuitiuè, ac prout est in se. Ita Eximius Doctor Franciscus Suarez tom. 2. in 3. part. disput. 1. sect. 2. in hæc verba: *Simpliciter maius Dei beneficiū existimari debet, eligi Virginem in Matrem Dei, quàm eligi, v. g. Pe-*

trum ad gloriam, quia illa electio hęc in virtute, & eminentiori modo continet. Virgo Maria in primo Conceptionis instanti visionem claram Dei fuit sortita, imò & dignitatē Maternitatis diuinę *physicè* acceptam, vt supra *sect. 3. num. 22* ex Saavedra adstruximus: igitur cum iuxta Salazarium, & Ioannē de Cardenas (ille *in cap. 8. Prouerb. vers. 16. nu. 122.* iste, *disp. 1. de Infinita dignitate Matris Dei cap. 6. num. 94.*) habeat B. Virgo, vi dictę Maternitatis ius dominij in omnes creaturas, sic planè, vt illud habuerit in primo suę animationis momento.

11 Sexto. Quia Pater *Æternus* habet dignitatem infinitam, ex eo, quod habet Filium infinitum. Ergo Mater Dei, quamuis alio inferiori modo, etiam habebit dignitatem infinitam ex infinita Filij dignitate. Hocce argumento vsus fuit Pater Ioannes Ossorio *tom. 3. Concion. 1. in Assumpt. B. Mariae, §. Quid ergo, ita inquiring: Sicut ergo infinita est dignitas Patris Æterni, de qua ille infinite gloriatur, quod eius Filius infinitus sit, ita suo ordine, ac gradu, infinita dignitas Maria est,*
quod

*quod eundem habeat communem cum Patre
Filium. Adhæret Cardenas Iesuita cap. 4. nu.
65. At Filius semper infinitus : ergo & Pater
Æternus. Pergas. Ergo etiam Pater Æternus
habebit Imperium, & dominium in omnes
creaturas, ex eo, quod habet Filium, tale Im-
perium, & dominium in creaturas sortitum
omnes (si enim Filius careret illo, & Pater
Æternus eo etiam careret, ac è conuerso)
ulterius pergas. Sed hic ipse Filius, etiã prout
Mariæ Augustissimæ, ab Imperio, atque do-
minio eiusmodi expers nunquam: igitur nec
eius Mater ab illo vnquã expers, atque adeò
illud habuit in primo etiam Conceptionis
instanti. Ex alijs *in precedenti sect.* contextis
id ipsum probari etiã queit. Quæ omittimus.*

*Sacra Deipara fuit profecto decens, quòd in
primo sua Conceptionis instanti Impe-
rium in omnes creaturas
sortita foret.*

12 **O**scenditur primò. Quia Bartholo-
mæus Pisanus *lib. 2. de Laudib. Vir-*

gin. fruct. 7. pag. mibi 243. scribit sic: *Maius est, omnibus paribus, esse Matrem Dei cū omnibus concurrentibus, quàm sibi talem visionem esse communicatam.* At Maria Augusta in primo suæ Conceptionis instanti fuit gauisa dignitate Maternitatis diuinæ *physice* accepta: imò & ipsi fuit etiam *tunc* communicata visio clara Dei, ac prout est in se: Valde ergo ei decens, quòd in tali instanti dominium, & Imperium in omnes creaturas sortita foret. Addiderim, quòd S. Ioannes Damascenus *Orat. 2. de dormit. Virgin.* ait: *Virgo vitæ thesaurus, gratia abyssus immensa.* Andreas Cretenfis *Orat. 2. de dormit. Deipara.* Ita compellat Virginem Deiparam: *Fons, qui non potest exhauriri diuinarum illuminationum.* Petrus Damianus *Serm. de Assumpt.* ait: *Sic utranque naturam Virgo singularis exuperat immensitate gratiæ, & D. Ildephonus Serm. 2. de Assumpt.* hæc diffundit *Vnde, quantum debemus, quia non possumus (scilicet venerari) implorandus est Spiritus Sanctus, qui eam repleuit, & ornauit immensis largitatis suæ muneribus.* Imò & *Serm. 3. de Assumpt.* inquit:

quit: *Vnde fratres, admiratio illa Angelica non de Virginitate sola, quæ fuit singularis in Maria, sed de immensitate gratiæ venit. Decens igitur huic vitæ thesauro, gratiæ abyſſo inmensæ, fonti diuinarum illuminationum, qui exhauriri nequit: vtranque naturam immensitate gratiæ exuperanti: ab Spiritu Sancto immensis largitatis suæ muneribus ornata, atque repleta, imò & immensitate gratiæ, & non solum virginitatis radijs præfulgenti, quòd nunquam Imperio sit orbata eiusmodi, ac per consequens, quòd habuerit illud in primo Conceptionis instanti suæ, & habeat ab hoc instanti ipsissimo, sibi ipsi reuerà valdè decens.*

13. Secundò. Quoniam D. Bernardus apud doctissimum Velazquez de Concept. Dissertat. 3. Adnotat. 5. fol. mibi 150. nu. 4. ait: *Talis Deum decebat natiuitas, ut nõ nisi Maria nasceretur, talisque debebatur Mariæ partus, ut non pareret, nisi Deum.* Et Rutilius Benzonius Lauretanus Antistes lib. 2. in Magnificat cap. 22. hæc scribit: *Sicut enim Deus ex Deo est, sic Deus ex Maria, & sicut Deus*
Deum

Deum generat, sic Maria generat Deū Non quidem quòd Maria productio diuina, sicut Patri, aut natura diuina subsit; sed quod accuratissima Dei manu talis, tantaquè effecta sit, Spiritu Săcto corpus, & animam ipsius tam immensa diuinitatis affluentia preparante, ut reapse digna, & opportuna Dei Mater, à qua ipsemet Dei Filius congruè, & pro dignitate genus duceret, effici mereretur, inquit idē Velazquez ubi suprà, Adnotat. 3. fol. mihi 147. Decens ergo Virgini Augustissimæ, ut à primo Conceptionis instanti Imperium tale profectò sit sortita. Notes, quod Beatus Ignatius in 1. Epistol. ad Ioan. apud Ioannem Baptistam de Lezana in lib. Apologet. de Concept. cap. 16. pag. 73. inquit: Hec tali a excitauerunt viscera mea, & cogunt valdè desiderare aspectum huius, si fas sit fari, cœlestis prodigij, & sacratissimi monstri. Monstrum significat illud, quod singulare aliquid ignotum, & inauditū monstrat. Qualiter Virgilius, *Aeneid.* 3. dixit:

*Horrendum, & dictu video mirabile
monstrum,*

*Nec dubijs ea signa dedit Tritonia
monstris. Aeneid. 2.*

Prodigium aliquid nouum, miraculosum, & supra ordinem naturæ existens etiam denotat, etiam commonstrat. Vnde Mātuanus ipse *Aeneid. 3.* sic concinit:

*Sola nouum, dictuquè nefas Harpya, Celeno
Prodigium canit.*

Decens ergo huic cœlesti prodigio, & monstro sacratissimo, quod in primo suæ animationis momento dominium, & Imperium in creaturas omnes sortita foret.

14 Tertiò. Nam Guillelmus *Cant. 4. n. 5.* hæc diffundit: *Sicut non decebat, Matrē Verbi etiam alios parere: ita nec Matrem Verbi alijs sacra illa vbera admonere. Proinde, sicut materna viscera sibi sanctificaret, quibus vnicus portaretur: sic etiam materna sibi sancti-*

Etificauit vbera, quibus vnicus aleretur. Ideò
 dictum est: *Beatus venter, &c. & vbera, &c.*
 Quo fit, vt nemini præter Christum vbera
 Deiparæ sucta, sicut nemini præter illū ven-
 ter destinatus Marianus. Pergas. Nō alijs Ma-
 riæ lac præbetur (solo Deo dignum) nè indè
 lactati infantes à vulgo *Dij* putarētur in scio.
 Sic penè *Dea* existimatur quidem Maria Au-
 gusta: sic lac eius purissimum, non reputatur
 vllō modo seruile, vt si quos aleret, iam isti
 tales, in scio vulgo, olim pro *Dijs* forent habi-
 ti: Ignaris hominibus erroris huiusmodi an-
 sam ereptam Deus voluit. Rem hanc aperio
 exemplo. A Deo sole fingunt, Dionysium olim
 conuiuio exceptum: immortalem ambro-
 siam, nectarquè diuinum Sol ei porrexit, quo,
 si sapis, iam Dionysium fatebatur Deum, qui
 scilicet admittebatur ad epulas solis *Dijs* cō-
 cessas. Vnde verò Sol Diuinitatem Dionysij
 auguratus? Sanè, quia licet ipse à foemina
 mortali natus foret, enutritus diuino Iuno-
 nis lacte extiterat. Audias Nonum Dionys. 4.

*Cui recreat mentem nullo discrimine cœna
Ambrosiam, nectarque parans: dignusque vi-
detur*

Nectare, lacte prius sacro, quem Iuno bearat.

Decens ergo huic Matri, & Dignissimæ Ver-
bi: huic mulieri purissimæ, & eminentissimæ,
imò & singularissimæ, vt à primo suæ anima-
tionis momento in præfatum dominium, Im-
periumque irrepat.

15 Quartò, Nam D. Chrysostomus tom.
6. Orat. 2. de Pentec. fusè, sed pulchrè sub hac
forma disserit: *Acceptit Christus primitias na-
tura nostra, ac spiritus gratiã nobis retribuit.
Et quemadmodum longo in bello fit, cum de-
rempta pugna, fuerit confecta pax, qui sibi in-
uicem infensi erant, pignora mutua sibi dant,
& obsides: sic inter Deum, & naturam euenit
humanam. Pro pignoribus, & obsidibus hac
primitias misit, quas in cœlum tulit Christus:
nobis ille Spiritum Sanctum pignoris, & obsi-
dis loco remisit. Porrò nos pignora, & obsides
habere hinc liquet. Nam ex genere Regio pig-*

R

nora,

nora, & obsides esse oportet: idcirco etiam Spiritus Sanctus ad nos missus est, ut qui maxime Regia sit substantia: quemadmodum, & qui à nobis sursum euectus est, ex genere fuit ortus Regio, quippe qui Davidis esset ex semine. Regalem Christi carnem Dauidica sic præbuit Maria, ut solo Spiritu Sancto Rege compensare posset: & non decens, ut huicce Mariæ Dauidicæ, in primo Cōceptionis instanti Dignitate Maternitatis diuinæ (physicè inspecta) præfulgenti, Imperium, & dominium in omnes creaturas veniat concedendum? A page.

16 Addas, quod Illustrissimus Antistes Caramuel, necnon, & acutissimus, in *Volumine paruo*, cui titulus *Maria liber nu. 73. pag. 50.* hæc scribit: *Nec mirum in Maria Virgine liberalitas Personarum singularum splendeat, quia ipsa est Dei Patris Filia, Dei Filij Mater, Dei Spiritus Sancti Sponsa, Templumque totius diuinæ Trinitatis.* Valde ergo decens, ut eiusmodi liberalitas in primo animationis momento in ordine ad Virgine expressa foret quoad id etiam, nempe, quod frueretur tunc Imperiali dominio in omnes creaturas.

Etiā

Etiam addiderim, quod D. Bonaventura *in*
Medit. vitæ Christi, inquit: *Meditare, quali-*
ter tota Trinitas est ibi expectans responso-
nem, & consensum huius suæ Filia singularis.
 Et non decens, huic totius Trinitatis *singula-*
ri Filia, quòd in primo Conceptionis instanti
 prædicto frueretur Imperio? Apage. Addas
 insuper, quod ipse Doctor Seraphicus *in* *Spe-*
cul. lect. 3. diffundit hæc: *Quid enim totus mū-*
dus haberet, si Solem non haberet? Propter hoc
benè Bernardus ait: Tolle corpus hoc solare,
quod illuminat mundum: ubi dies? Tolle Ma-
riam hanc maris stellam, quid nisi caligo in-
uoluens, umbra mortis, ac densissima tenebræ
relinquerentur? At Virgo Deipara Stella ma-
ris in primo Conceptionis instanti, ergo in eo
instanti valde ipsi decens, quod præfatū Im-
periū fortita foret. Addiderim denique, quod
S. Ireneus (apud P. Salazar. in cap. 31. Prouerb.
nu. 178.) in verba prorumpit eiusmodi: Quid
est, quod sine Maria consensu non perficitur
Mysterium Incarnationis? Quia nempe vult
illam Deus omnium bonorum esse principium.
 Decens ergo huic principio, Mariæ scilicet, vt

à primo suæ animationis momento in omnes creaturas sortiretur Imperium. Præterquam quod Daniel Agricola in *Stell. 3. Coronæ 8.* ait: *Reginam etiã cœlestis Regni, ubi plenariam habet potestatem, quoscumque voluerit introducendi, quidquid voluerit, imperandi, quidquid à Filio perierit, obtinendi.* Valde ergo decens Reginæ eiusmodi, ut tali Imperio nunquam sit orbata. Addendum denique, quod S. Ildephonus in *Corona Virginis cap. 15.* agens de bonis, quæ hominibus cōfert. Deus, ait: *Omnia bona, quæ illis summa Maiestas decreuit facere, tuis manibus decreuit commendare. Cōmisisti quippè sunt tibi thesauri sapientia, & scientia, iocalia charismatum, decora menta virtutum, ornamenta gratiarũ.* Cùm igitur ex his bonis super nos seminas, sterilitatem nostram fecundas. Et Albertus Magnus in *cap. 2. Cant.* ad ea verba: *Introduxit me Rex in cellam vinariam,* scribit sic: *Ipsa est etiam cellaria totius Trinitatis, quæ de vino Sancti Spiritus propinat, cui vult, & quantum vult, & quando vult.* Imò & D. Bernardus *Serm. de Aquaduc.* ante mediam, inquit: *Totius*

rius boni plenitudinem posuit in Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiæ, si quid salutis, ab ea nouerimus redundare. Decet ergo tam Magnæ Virgini, ut nec in primo suæ Conceptionis instati prædicto Imperio orbata existeret.

17 Quinto. Quia *Canticor. 3.* dicitur: *Quæ est ista, quæ ascendit sicut virgula fumi?* At cur fumo similis Virgo purissima? Responsum offero, & libentissimè. Audias. Ascensus est quidem indebitus, violentusquè corporibus grauitate pressis sua: at fumo aëre leuiori naturalis. In statu gratiæ est analogia Philosophia: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animû, & terrena inhabitatio deprimat sensum multa cogitantem. Vnde fit, quod corporei sensus illiciant nos, & nostros animos aggrauent, & in abyssus miseriarum, & culparum impellant. At Mariæ Augustæ corpus, Mariæ purissimæ animus, quia nec corporeis, nec spiritualibus inficiantur morbis, super pennas vectorum ad ætherea tolluntur fastigia. Præterquam quod, fumus ignis est soboles, & ut Philosophi adstruant, eiusdem indicium, & signum

num naturale. Angelorū ergo Regina, quip-
 pè quæ fumus, soboles ignis diuini est, in incē-
 dio concepta. Igitur sine culpa concepta ori-
 ginea. Etenim ignis diuinus profectò gratia
 est, charitas est; & debet, qua ignis, producere
 calidam, non frigidam; qua diuinus, diuam,
 non ream, qua gratia, gratam, non infensam,
 qua charitas, charam, odio non affectam, vt
 argutissimè docuit, Antistes Catamucl *num.*
80. pag. 58. Igitur cum Maria Augusta, nec
 corporeis, nec spiritualibus morbis infecta
 fit, nec vnquam fuerit, imò fuerit in igne cō-
 cepta, fit consequens, vt sit ei, & summopere
 decens, quod à primo Conceptionis instanti
 Imperium in creaturas omnes sortita foret.

18 Addas, quòd Laurentius Iustinianus
Serm. de Annunciat. hæc in verba est quidem
 solutus: *Magna profectò fuit Maria gratia*
exuberans, atquè completa, quæ cœlis dedit glo-
riam, gaudium prestitit Angelis, seculo pa-
cem refudit, fide docuit gentes, vitisquè finem
imposuit. Quomodo non est Maria, iuxta Ga-
brielis oraculum, plena gratia, quæ effecta est
paradyse scala, cœli ianua, interuentrix mun-
di,

di, Dei, atque hominum verissima mediatrix. Igitur decens huic coelis danti gloriam, Angelis præstanti gaudium, sæculo refundenti pacem, fide docenti gētes, & vitijs finem imponenti, imò & huic etiam paradyfi scalæ, ianuæ cœli, mundi interuentrici, Dei, atque hominum Mediatrix verissimæ, vt tali Imperio nunquam sit orbata.

19 Sexto. Quoniam D. Bernardinus Senensistom. 1. serm. 61. art. 1. cap. 2. inquit: *Maria namque sola per multa millia annorum, antequam nasceretur, primò, & principaliter Adam, & Euam, & totam eius posteritatem præseruauit in esse. Constat nempe, quod ex propria transgressione Adam, & Eua non solum mortis; sed etiam annihilationis exterminium meruerunt, & Diuina ultio, qua personarum acceptionem ignorat, sicut nec culpam Angelicam, sic nec etiam humanam dimisisset impunem. Sed propter precipuam reuerentiam, & singularissimam dilectionem, quam habebat ad Virginem, præseruauit. Quia eam ab æterno super omnes creaturas Deo non uniendas, qua creanda erāt, super excessiuè dilexit, prop-*

terea præseruati sunt protoplasti, nec, ut merebantur, in nihilum sunt redacti. Et Pelbartus lib. 11. Stell. part. 2. cap. 2. inquit: *Beatissima Virgo Maria totum mundum à principio creationis humani generis usque ad finem durationis suæ, præseruauit, & præseruat in esse.* Decens ergo huic præseruatrici, huic dilectæ à Deo, ab æterno, & super excessiuè dilectæ super omnes creaturas (quæ creandæ erant) Deo non vniendas, quod à primo suæ animationis momento in præfatum Imperium irreperet. Notes, quod Dionysius Richelius lib. 2. de Laudib. Virginis art. 23. ait: *Insuper amantissima Dei Virgo Christifera dici potest mundi saluatricis propter eminentiam, virtuositatem, & meritum suæ compassionis, quæ patienti Filio fidelissimè, ac acerbissimè, condolendo, excellenter promeruit, ut per ipsam, hoc est, per preces eius, ac merita, virtus, ac meritum passionis Christi communicetur hominibus.* Huic ergo mundi Saluatrici valde decens, ut in primo etiam Conceptionis instanti, foret Imperatrix, atque Monarcha illius. Notes etiam, quod D. Augustinus Serm. de Assumpt. hæc

dif-

diffundit: *Vnusquisque enim Sanctorum specialibus quibusque locis variorum auxiliorum suffragia contulit, hac vero beatissima, singularis Virgo, & Mater, vniuerso mundo in peccatum lapsa generaliter salutem inuenit.* Quæ verba sunt in *Milleloquio Augustini tom.3. Bibliotheca Virginea*: Huic igitur, quæ vniuerso mundo in peccatum lapsa generaliter inuenit salutem, decens profectò, vt in primo Conceptionis instanti Imperatrix foret, atque Monarcha illius.

20 Septimò. Quia Doctissimus Caramuel in suo *Volumine*, cui titulus *Maria liber num.95. pag.64.* hæc in verba solutus est: *Maria Sydus est errore carens, quia non solum habuit subsequenter gratiam, qua reliquis Sanctis conceditur, sed præuenientem etiã, qualem nemo Sãctorum habuit. Testor S. Epiphanium dicentem. Inuenitur Virgo esse Cœlestis (ecce astrum purissimum obseruandum proponit, & Astrologia Virginea ludum aperit) sed qualis est hæc noua stella? Sponsa, & Mater. Sponsa quidem Dei, & Immaculata Solis Iustitiæ Mater. Et rationem subiungit.*

S

Quia

Quia donorum antenuptialium nomine Spiritum Sanctum accepit. *Alias animas Deus ut sponsa tuetur, & donis nuptialibus ornata: at Marianam etiam antenuptialibus. Nuptia enim in ipsa Conceptione celebrata afferuntur, & has ipsas antenuptialibus gratijs, & favoribus fuisse preuentas. Stat ergo, alias animas è carceribus erui, ad nuptias duci: at Marianam antenuptialibus favoribus preuentam ab omni seruitutis, & captiuitatis incursu preseruatam: ergo huic ab omni captiuitate, ac seruitute experti Mulieri, huic Cœlesti Virgini: huic Astro purissimo: huic nouæ Stella: huic, quæ Spiritum Sanctum donorum antenuptialium accepit nomine, valde decens, quod tale Imperium semper sortita foret, atque adeò in primo animationis suæ momento: Notes, quod Romani Duces ab exercitu solebant suo, Laureatas ad Senatum mittere Epistolas, vt priusquam resignata, ipso statim aspectu victoriam nunciarent. Sophocles in Oedip. de nuncio:*

O Appollo! utinam ille ita felici
 Auspicio veniat, ut vultu lato adest:
 Aspectu quidē hilaris apparet: quod nisi esset,
 non ita
 Coronatus incederet lauri frondibus.

Nec vice versa lætum sanè gestaret nunciū,
 quin deueniret coronatus, & hilaris. At Con-
 ceptio Virginis Augustæ gaudij, id est, *liberta-*
tis, prædicatur nuncia: ergo decens ipsi, vt co-
 ronata exprimat *tunc*, & existat, & nō Co-
 rona quauis, sed Imperiali, atque aded ex
tunc Imperiale dominium in creaturas om-
 nes sortita sit.

ARGVMENTA SOLVTA.

21 Obijcies primò. Quia non cogit pie-
 tas, vt veritatis Mater falso honore afficia-
 tur, vt enim inquit D. Bernardus: *Honor Re-*
gine iudicium diligit: Virgo Regia falso non
eget honore, veris cumulata honorum titulis,
insulis dignitatum: igitur Maria Deipara ho-

nore eiusmodi, sito nimirum in eo, quod in primo Conceptionis instanti sortita sit Imperium in omnes creaturas, afficienda minimè, quippè qui falsitatem redoleat.

22 Respondetur, quod prius obiecto, seu qui hanc obiectionem attexit, probare debebat, nostrum Assertum falsitatem præferre (quod non probabit) & tunc assentiremus, eum textum in illud convenire, quòd Mater veritatis falso non eget honore. Vel respondeas, quod talis textus nō est vllō modo D. Bernardi; sed impostoris illius Nicolai, de quo idem Bernardus *Epistol. 298. ad Eugenium Papam* conqueritur, quod adulterato eius sigillo, multas sub nomine, & sigillo Bernardi conscripsit Epistolas, vt P. Petrus de Ojeda in *Apolog. pro Immaculata Conceptione cap. 14.* multis probat. Imò nec Bernardus contra purissimam Conceptionem talia scriberet, qui alijs in locis militavit pro ipsa.

23 Obijcies secundò. Quoniam D. Thomas 3. part. *quest. 27. art. 2. ad 2.* ait: *Beata Virgo contraxit quidem originale peccatum;*

sed

sed ab eo fuit mundata, antequam ex utero nasceretur. Et hoc signatur Job. 3. ubi de nocte originalis peccati: Expectet lucem, idest, Christum: & non videat (quia nihil inquinatum incurrit in illam, ut dicitur Sap. 7.) nec ortum surgentis Aurora, idest, Beatae Virginis, quae in suo ortu à peccato originali fuit immunis: Igitur iuxta S. Doctorem, Dignissima Mater Dei contraxit originale peccatum: igitur, vi huius contractionis, fuit in primo Conceptionis instanti subiecta Dæmoni Maria Augusta. Igitur in hanc creaturam saltem in eo instanti, nec Imperium, nec dominium habuit: non ergo tunc in omnes creaturas Imperiale sortita dominium. Alioqui Dæmoni minimè tunc subiecta.

24. Respondetur, quod Angelicus Doctor fuit quidem locutus de cōtractione peccati originalis, non actuali; sed debitali solum; seu de cōtractione originalis, quantum ad debitum, præcisè. Quo fit, ut Sacra Deipara (secundum D. Thomam) contraxerit debitum peccati originalis, non verò originale peccatum. Idque patet. Nam ipse Angelicus

Præceptor in 1. dist. 45. quest. 1. art. 3. ad 3. ait:
Talis fuit puritas B. Virginis, quæ à peccato originali, & actuali immunis fuit. Fuit autem sub Deo, in quantum erat in potentia ad peccandum. Et in Opuscul. de Salut. Angelica, & eius Expositione, hæc conscripta offert: Ipsa (idest, Maria) purissima fuit quantum ad omnem culpam, quia nec originale, nec mortale, nec veniale peccatum incurrit. Eiusmodi verba referuntur à Doctissimo Canisio 1. de Deipara cap. 6. Nec illa potuit denegare Cardinalis Turrecremata, teste Salmeronio in Epistol. ad Rom. disput. 51. Qui ipse cum reuera opposito subscripserit, illamet nec negare, nec immutare vlllo modo fuit ausus. Imò & lib. 6. ad cap. 3. Epistol. ad Galat. ex Impressione Pariensi, ex officina Oudini Petit. anno 1541. hæc Angelicus subtexit Aquinas: Nam ipse solus (Christus) & singularis est, qui non subiacet maledictioni culpa, & si maledictio pro nobis dignatus sit fieri. Vnde dicitur in Psalmo, singulariter sum ego; item, non est, qui faciat bonum, & Ecclesiastes 7. Virum de mille unum reperi, scilicet Christum,
qui

qui esset sine omni peccato; mulierem autem ex omnibus non inveni, quæ à peccato immunis esset ad minus originali, vel veniali. Excipitur purissima, & omni laude dignissima Virgo Maria. Quæ doctrina in fauorem Conceptionis notata in Margine existit. Addas, quod ipse S. Doctor in 1. ad Anibaldum dist. 44. artic. 3. ad 3. hæc in verba prorumpit: Ad tertium dicendum, quod purius dicitur aliquid per recessum à termino, melius per accessum ad terminum. Illud ergo, quod ita recedit ab impuritate culpa est ita purum, quod nihil potest esse eo purius; non tamen sequitur, quod non possit eo aliquid esse melius, nisi acciperemus puritatem ab omni defectu, & imperfectione: sic autem non loquitur Anselmus. Præfatum testimonium Thomisticum expendens M. Saavedra disputat. 16. sect. 17. num. 696. ita scribit: Ecce tacite suam sententiam profert. S. Thomas, &c. sentit enim, Anselmum loquutum esse de puritate in Virgine sanctissima, ut dicit recessum à termino, scilicet ab impuritate, & hoc modo Mariam

*sanctissimam esse purissimam, quia scilicet recessit ab omni impuritate, & hoc voluisse Anselmum; non tamen voluisse positivè ita esse purissimam, ut sanctior, & melior à Deo creari non posset: potuit enim Deus in primo Conceptionis instanti conferre illi omnē sanctitatem, & gratiam, quam nunc habet in Cælo, & tunc non esset purior, quia non magis recessit à peccato originali, quam nunc; esset tamen melior, & sanctior, quia haberet maiorem puritatem positivam, scilicet maiorem, & intensiorem sanctitatem, & gratiam. En Lector, D. Thomas quarto loco immunitatem, & puritatem Virginis seriò affirmat. Cum ergo Dignissima Mater Dei in primo suæ animationis momento non incurrerit originale peccatum, ut ex dictis à Præceptore Angelico satis constat, fit consequens, ut tali in momento, nullatenus Dæmoni subiecta fuerit: ac proinde in eum utique Imperium, & dominium tunc habuerit: igitur in omnes creaturas: eo quod Virgo Augusta tunc dignitate Maternitatis divina decorata: cui tale
do-*

dominium, & Imperium annexum, imò & innixum.

25 Obijcies tertio. Quia nec Euangelistæ, nec Patres adstruunt, Virginem Deiparam in primo suæ Conceptionis instanti habuisse dominium, & Imperium in omnes creaturas: ergo tale Imperium excludendum à Virgine in prædicto instanti.

26 Respondetur, quod licet antecedens, quia verum, non possit non admitti; consequentia tamen, negari, & prorsus, debet. Imò ideò crederem, ideò apud Euangelistas priuatas Deiparæ subiceri prærogatiuas (cum tamen apud ipsosmet priuilegia aliorum Sanctorum fusè celebrentur) vt ex silentio eiusmodi sublimius longè aliquid foret cogitatum à nobis. Non pigeat, tametsi plura, legere, quæ non piguit, quia profecto pijssima, ex D. Thoma Valentino *Concion. 2. de Natiuit. Virgin.* transcribere, hunc in modum contexta: *Cogitanti mihi, ac diu hesitanti, quid cause sit, quod, cum Euangelista de Ioanne Baptista, & alijs Apostolis tam longum facere*

tractatum; de Virgine Maria, qua vita, & dignitate omnes antecedit, ita summam percurrant historiam: cur (inquam) non traditum est memoria, quomodo concepta, quomodo nata, quomodo nutrita, quibus moribus decorata, quibus virtutibus ornata, quid cum Filio in humanis egerit, quomodo cum illo conversata sit, quomodo post eius Ascensionem cum Apostolis vixerit. Magna erant haec quidem, & memoratu digna, & qua cum summa deuotione à fidelibus legerentur, à populis amplecterentur. Haec, inquam, mihi hesitanti, cur de actibus Virginis, sicut de actibus Pauli, non est compositus liber? Nihil aliud occurrit (accusare enim Euangelistas negligentia, sicut impium, ita & temerarium iudico) quam ita placuisse Spiritui Sancto, eiusque prouidentia Euangelistas siluisse, propterea, quia Virginis gloria, sicut in Psalmo legitur, omnis intus erat, & magis cogitari poterat, quam describi: sufficitque ad eius plenam historiam, quod scriptum est in themate, quia de illa natus est Iesus. Quid amplius queris? Quid ultra

requiris in Virgine? Sufficit tibi, quod Mater Dei est. Quanam, obsecro, pulchritudo, quanam virtus, quæ perfectio, quæ gratia, quæ gloria Matri Dei non congruit? Ergo stat optimè, quòd Dignissima Mater Dei in primo suæ Conceptionis instanti Imperio sit gaudiosa eiusmodi, licèt, apud Euangelistas id taceatur. Sufficit enim tibi, & nobis, quòd Mater Dei est. Quanam, obsecro, pulchritudo, quænam virtus, quæ perfectio, quæ gratia, quæ gloria Matri Dei non congruit? Imò, & quæ excellentia, quæ magnitudo (inquit idem S. Doctor Concion. 3. de Natiuit. Virgin.) de-
 cuit Virginem, vt esset idonea Mater Dei; (loquitur de Maternitate diuina in actu exercito, aut practice considerata) ergo & hanc excellentiam, & magnitudinem semper fuit sortita, atque adeò in primo Conceptionis instanti. Addiderim, quòd, cum Maria Augusta in primo animationis momento dignitate Maternitatis diuinæ physice accepta, decorata fuerit, fit consequens, vt licèt hoc (de quo in præsentis fit sermo) eam habere pro-

feramus, non tamen assurgemus ad hunc superinducibilem honorem, quo Dei Genitrix prædicatur, & creditur. Illustratur, atquè fulcitur id pulcherrimis Celestis verbis *lib. de Pan. cap. 21.* sic se habentibus: *Et quid amplius ei assignare possumus divini muneris, & honoris, quam, ut, quod verum est, fateamur, Genitricem eam Dei esse, & hominis? Infra hoc dicitur, quidquid in eius commendatione affertur. Si Cæli Reginam, si Angelorum Dominam, vel quodlibet aliud excellentissimum, tam ab humano corde, quam ore excogitatum protuleris, non assurges ad hunc superinducibilem honorem, quo creditur, & prædicatur Dei Genitrix. Præterquam quod D. Augustinus in *Serm. de Assumpt. Virgin.* ait: *Vbi Scriptura divina nihil de illa commemorat, inquirendum est, quid conveniat rationi. At id (de quo in præsentibus loquimur) rationi non dissonum, imò cōveniens, vtpotè Virgo Maria in primo Conceptionis instanti dignitate Maternitatis diviniæ decorata: cui scilicet annexa, & innixa**

talis Imperialis dignitas: igitur cum inquit-
tum à nobis fit, quid conueniat rationi (eo
quod nihil de hoc Scriptura diuina comme-
moret) & hoc inuentum sit, vi rationum,
quas probabiliter suprà attexuimus, fit pla-
nè, vt Virgo Augusta nullatenus eo priua-
ri debeat. Addas, quod ipse S. Doctor *lib. 3.
de libero arbitrio*, inquit: *Quidquid tibi ve-
ra ratione faciendum occurrerit, scias, Deum,
in Virgine fecisse.* (ly *vera ratione* innuit ra-
tionem, quæ ex bona coniectura venit. *Ea
enim, quæ veniunt ex bona coniectura, vera
esse dicuntur, l. final. de probationibus*) ergo
& *istuc* ob suprà à nobis dicta. Fatemur,
quod Patres nihil in *re ista* adstruunt. At
hoc non tollit, quin eiusmodi Imperium sit
fortita Dignissima Mater Dei in primo Cõ-
ceptionis instanti. Nam Patres, etsi non af-
firmant, non tamen *id* denegant. Quod re-
uerà sufficiens est, vt nos licitè *illudmet* ad-
struamus. Alioqui, *quidquid vera ratione
faciendum alicui* occurreret, vel occurrif-
set, non poterat, nec debebat, dicere, Deum
in

in Matre fecisse sua, quod non asseuerabis,
 vtpotè id contra tantum Doctorem sit ad-
 structum.

SVB CATHOLICÆ ECCLESIAE

Correctione ipsissima.











Sent. Top
Esc. 14
Tab. 8
Vol. 3

WILSON
COLLECTION

196
3534